8.

IVLII CINI

COLLENSIS MEDICI ET PHILOSOPHI

APOLOGIA


ADVERSVS HORATIVM Augenium Picœntem & eius sequaces.



PERVSIAE,
APVD BALTHASSAREM SALVIANVM.
M. D. LXXVI.

NICOLAVS ALEXIVS PERVS.
Sacræ Theologiæ professor, & Sanctiss. Inquisitionis Commiss. & Censor Lectoribus. S. P. D.

CVM Iulii Cini Collensis & Medici & Philosophi scripta quæpiam in Horatii Augenii calumnias, & aliquorũ de re eadem pro suæ existimationis defensione, & imprimis Titi Franceschini litteras I. V. Doctoris & optimi & doctissimi, quę omnia Iulium Cinum ab omni penitus calumniarum labe, quibus ab Horatio & eius asseclis afficitur, tutum liberumq́ue esse apud omnes testatum faciunt, quæve apud nos imprimi curabat, oculis & animo lustrassem. Ego Nicolaus Alexius Sacræ Theologię professor, & Santiss. Inqusit. Commiss. & Censor, ex illis omnibus quæ vidi & legi, Iulium Cinum & Medicum & Philosophum non solum ab omni eo calumniarum genere remotissimum, & alienum esse, sed virum integrum, bonum, doctumq́ue iudico, eaq́ue omnia, vt mordacia, maledica, & contra Christiani hominis officium, Typis committi nolui, tùm religionis tùm Aduersariorum honoris gratia, quòd totum his nostris litteris, & Sanctissimæ Inquisit. sigillo solito testamur. Valete in Christo. Idibus Iuliis Perusiæ 1576.



REVERENDISSIMO DOMINO
Philippo à Sega Riparum, Episcopo optimo Picœni prouinciæ moderatori.

IVLIVS CINVS COLLENSIS. S. P. D.





ON possum Ego mirum in modum non obstupescere, & mei nominis, & bonorum omnium Patrone studiosissime quòd eò temeritatis, plerique, nescio quo spiritu ducti, veniant, vt humanæ suæ conditionis obliti eò pedem inferant, vnde proferre, non sine maxima nominis sui contumelia, pudor inhibeat. Quorsum inquies? quia Horatius Augenius Medicus nullo vnquam tempore a me, vel ad mini-


mam vocatus iniuriam, quandam suam temerè inuectiuam bis imprimi curauit, in qua; vt falsò sibi persuadet: ita in meam, quod te non latet, existimationem insurgit, inuehitur, ampulescit, vt facile primum sibi locum vendicet apud Picœntes si quæ falso, mihi arrogat, silentio prætercam, quæ quidem talia sunt, vt sanctissimæ Inquisitio. Doctiss. Pręfectus vt falsa, ut a religione remota, ab omniq. humanitate, & hominis Christiani officio alienissima lituris, ac linenti calamo deleuerit, e luceque in tenebras, quibus dignissima iudicauit, reuocauerit, Itaque non potui pro meæ dignitatis tutela non respõdere tanti viri maledici contumeliis & maledictis, quod, vt facerem, pro dignitate, mihi fuit necesse Aegidii Francischini Cingulani, curationem, morbi rationem, medicamentorum seriem, totiusque artis Medicæ, Phisicæ, ac Dialectices recondita, & ordinem paulò altius repetere, vt & Medicis, cęterisque omnibus viris doctissimis, facerem satis, quod egerim nec ne, aliornm sit iudicium, vnum illud tamen non tacebo, inuitum me ad huiusmodi literarum argumentum venisse, meque Christianũ hominem, libenter, ita me bene Dii ament, hoc quicquid est & oneris & muneris, nisi coactus fuissem, Horatio Augenio libenti animo reclinasse, ferreus tamen essem omninò, nisi me a Calumniis illis suis expurgarem. Quare cum has meas hac in te lucubrationes alicui dicare constituissem, cui ma

gis

gis quam tuæ amplitudini reperi neminem. Tu enim mihi aditum ad Hor. Augenii vigilias lustrandas & uisendas patefecisti, quibus omnino me vir ille cælare, quod est unicuiq. artis Medicæ ac bono uiro. Tibique imprimis, quam apertissimum, studebat, cum cæteris tamen Picœntinæ Prouinciæ uiris, tam Medicis, quam aliis, copiam faceret non mediocrem, quod astutè quidem, cùm uulgò prædicaret, & cuique uellet persuadere, suam illam inuectiuam nedũ mihi notam, sed esse in manu, quod num sit uerum tu, & Quæstor istius Prouinciæ cum multis etiam bonis uiris apud omnium animos testatum facietis, tu me tuis concionibus defendisti, tu meas partes suscipiens suis ineptissimis Calumniis respondere hortatus fuisti, tu desponsum ac penè iacentem animum excitare, nullo loco defuisti. omitto quæ tua fuerit cura, solicitudo, qui dolor, cum ad te curæ dolores ac solicitudo mea perferentur. Quid multis? Tua animi alacritas, uirtutes innumeræ, meæ dignitatis memoria, integritas, & in comprimendo aduersariorum temeritate prudentia, quæ semper meminero, quantam habent declarationem tui in me amoris? quibus omnibus adductus, hæc mea scripta, qualiacunq. sunt, sub tuo, nomine & uirtutum splendore in lucẽ prodire uolui, qui ut tuus est mos, uirtutis & integritatis partes suscipere, te patronum exhibe, & tutelam ac patrociniũ præsta, quod si feceris, ut spero, me

ab

ab eiusmodi farinæ uiris, ubique gentium tutum fore persuadeo. Vale & præsidium & dulce decus meum. Cinguli Nonis Iuniis. M. DLXXVI.



ENDECASYL. AD LECTORES.

N. A. P.

TV quicunque legis meum libellum,
Non te promoueat rudis Tabella
Non hic eloquium petas politum,
Nec pulchras phaleras equi Pelasgi
Est de lacte mihi repandi Aselli
Nunc sermo, valido leuare morbis
Aegrum lethiferis, leuat lapillis
Expertus Medicus fuit disertus
Namq; hic Patritium virum feretro
Traxit Seminecem breui labore,
Contractusq; patet manu Notantis
Quosdam forte premit celebris actus
Magni & fama Viri Proin lacessunt,
Sed se Iulius hic tuetur arte
Miroque Ingenio retundit ictus
Nunc tu lector emas, rogo, libellum,
Et plura inuenies mea loquela,

AD TOTIVS PICOENI PRAESIDEM
Philippum Segham Episcopum Ripanum, suę & dignitatis & vitae patronum perpetuò sibi colendum. Antonius Galeotus Vrb. Doct. Perusinus.

HIC Liber cupit in manus bonorum
Prodire, ast pauitat leues susurros,
Qui latrant streperi velut lycisca,
Laetus nomine sed tuo libenter
Nil prorsum metuit, timetq; nullum
Insani Populi genus minarum,
Tu doctus, bonus, & pius, benignus,
Iustus, sed facilis, boniq; amator,
Tu nosti Ingenium CINI modestum,
Et doctum, lepidum, probum, fidele
Mores candidulos, pios, pudicos,
Tu nosti pariter Virum Calumnis
Immunem, Medici malis infideles
Quas pauci tribuunt sibi Picoentes,
Quis gratum est, alius Viris nocere;
Natis ad requiem sibi, suisq;
Hunc tu praesidium, decusque dulce
Defendas hominem pium, disertum,
Consultissime Romuli Nepotum,
Quot sunt, quotq; fuere, eruntque in annis.



PRO NOBILISS. ET NOBILISS. Viro Gilio Franceschino. Laborante vlcere vesicæ & lapide, & excretione pituitæ per vrinam salsæ viscidæ, cum dolore post mictum viglia fere continua & inclinatione ad tabem.





NOBILISSIMVS & humanissimus vir, Gilius Franceschinus, temperaturę admodum biliosæ, à prædominio sed inęqualis, calidi & sicci, Iocinoris, cordis satis temperati, vnà cum ventriculi, & cerebri frigiditate & humiditate non vulgari. Sed cerebri aduentitia. Is ab ineunte ætate viuendo ex animi sui sententia modo leporum, auium, modo piscium venatione per varios casus, & anni tempora, bibendo & comedendo omnibus horis indifferenter, vt id genus hominum licenter facere consueuit,

A quibus

quibus occasionibus ingēs ventriculi subsecuta est debilitudo & stomacus in perniciem labi cępit, maiorque inde vaporum copia ad cerebrum euolabat & efferebatur, quos digerere & consumere non poterat, adiungebatur ad hæc calida cerebri temperies, quæ vt cæcias nubes, vaporum partem ad se conuertebat, qua causarum & effectuum congerie ad articulos humorum distillatio est oborta, hinc podagra. Itaque hoc humorum cursu intercepto renes distillatione vexari cœperunt, proinde multos menses podagræ dolores quieuere, vnde leuis quædam febricula interuenit, qua sanguinis missione & debita victus ratione conualuit, & in capillitium incidit, cui nephretici dolores successere, cum vigilia & maxima corporis gracilitate & extenuatione, cum urinæ insuper profluuio & salsæ pituitæ excretione instar gelu aut oxizomij, maximo insuper incendio, & corporis colliquatione & via ad Tabem, quæ omnia potissimū ex vrina & excrementis alijs cognoscebātur, in qua vrina erat color varius & multiplex, & qualis in Iridis arcu, quæ in superficie natantem quandam aranearum telam præseferebat. Ego tum viri nobilitate & opum copia, tum virtutibus ac humani hominis officio illum ad salutem & incolumitatem hortari nullo loco defui, proinde lactis asinini potu frequenter vteretur, alioqui in vlcus & vesicæ dolores venturum, miserabilemque postea vitam victurum, cui meo præcepto cœpit obsequi, sed quorundam deinde medicorum consilio, qui mihi ignorantur, vetitus ne lapillorum dolores, quibus iam premi cœperat, augescerent, illo abstinuit, Cęterum si meum illud de lactis Asini potu consilium sequi voluisset, neque calculus neque vlcus fuisset subsecutus. Itaque viscida & salsa materia superabundante, diminutis iam Naturæ viribus, quamuis summo id impetu emittere conaretur, & lapis & vlcus prodiere. Quare iam extenuatis viribus naturæ quotidiana consuetudine, vt in meliorem vitæ

vale-

valetudinem restitueretur, consului, vt Medicos omnes prouinciæ celebriores conuocari curaret, quo facto, om nibus præsentibus morbi statum, naturam, & cursum, hoc est morbi historiam qua potui diligentia, accuratius recensui. Verum cum dolores ab vrina grauiter angeret, maiorque quotidie, vel potius in dies singulos fieret corporis gracilentia & extenuatio ex continua vigilia, proposui ad salutẽ, & lac Asininum, & aquæ dulcis balneum multaque alia salubria, quibus breuitatis causa supersedeo, quæ omnia ferè reiecerunt, asserentes Balneum tũc anni tempus increpantes esse admodum verendum tamquã si domi huius nobilissimi viri, quæ omnibus abundat delitiis, âer artis beneficio recuperari nullo modo posset, & de lacte multa hinc inde disputando, titubarunt, & pro his leniendis incommodis ad magni Serapium Fernellii ex altea tamquam ad Sacram anchoram confugiendum consuluere. Ego autem non bene satis cognita illius medicamenti vi, authoritate sola motus Auctoris id ipsum cõfirmaui, & conditionem accepi. Sed cum postridie, ex agendorum consuetudine, vt facere soleo, meos cõmilitones conuenissem, volui ea accurate examinare, comperique omnia vim habere maximam aperiendi, reuocaui, quod est hominis prudentis, sententiam arbitratus inutile humoribus ad vrinam fluentibus latiorem viam & parattiorem facere, qui præter animi mei sententiam & ingentes Aegroti dolores mirabiliter confluebant, ad securioraque conuerti, cum Medico aliquo pacto non liceat humores summo cursu fluentes ad loca affecta commouere concitareq́; sed retro flectere, cũ talia igitur prodesse nõ putarem, meliora & salubriora curare paraui, & ad illa æquo & composito animo declinare, & cum aqua Ficõcellæ esset in promptu, vel in manu potius lac deinde Asininum exhibendum paraui, quibus rebus nouus quidam homo repente natus est & ab orco reuocatus, veri

tus igitur ne iterũ his malis vlterius crucietur petit quid sibi agendum sit, cum ad mortis propè limina peruenerit, me de integro consulit, quid agat, cuius meo saluberrimo consilio possit & Patauinos & alios Medicæ artis viros clarissimos consulere, cum tam plurima sint tanti optimi Ciuis & boni viri merita, illi obtemperare & morem gerere non potui, cum Dei Opt. & Max. beneficio cætera omnia incommoda & mala euanuerint excepto vesicæ & vlceris morbo, ac lapidis horrendo & expauescendo; de his solum, disputabo, & orationem habebo. Primum de eorũ essentia differam, cum in ordine agendorum apud Galen. & cæteros omnes classicos ita esse agendum sit quam notissimum. A lapide ergo incipiam, mox ad ulcus veniam, vltimo vniuscuiusque naturam planius exponam, & signorum fontes, causas, & differentias, & singula in proprio genere locabo, morbique natura diligenter cognita ad virtutis neruos illa inuicem conferam, & rei futuræ euentum explicabo, vltimo in præseruatiua artis parte commorando, victus rationem & modum curandi explebo.

Lapis ergo propriæ & simpliciter apud Gal. est quædam moles corporea adusta in nobis procreata ex viscido excremento. Vesicæ vero excrementum lutosum, foetulentum, crassum, viscidum, terreum, atque omnino præter naturam ex toto genere, quod ex ventriculo à meseraicis iocinore & renibus excalefactis attractũ & inde ad vesicam deductum, ibique diu retentum, & a vi expultrice non eiectum, & à calore tandem ab æqualitate recedenti subagitatum in lapidis substantiam conuertitur. Nunc ad signa. Præcesserunt autem, vt à præcedentibus initium sumamus, vrinæ admodum dilutæ, cui successit acris distillatio illa pituitosa, salsedine & crassitię vias ardore afficiens, addita est retentio, a qua lapis & vlcus, quorum gratia dolores post mictum, in pube grauitas, & inter anum atque testes & in glandis super

ficie

ficie pruritus, Virgæ intensio non voluntaria, puris & Sabuli per vrinam excretio, & alia signa quæ à Galeno Rase & Pau. & Aet. felicissime dinumerantur; quæ omnia lapidem & vlcus in vesica simul esse significabant, Caussæ, materia illa viscida, motus intempestiui crapula, loci vel facultatis labes, vesicæ calor, addebat Paul. admodum flagrans, & Archigenes adurens figuralis, quæ à Medico sperni & contemni non debet differentiæ sumuntur à modo substantię, colore, numero, magnitudine, loco, & figura. Namque nonnulli apparent duri frãgibiles, mediocriter consistentes, nigri, virides, cineritii, cærulei. Nec defuerunt, qui dixere albos tantum in uesica creari posse, quod est falsissimum. Cum abscessu in renibus confracto geniti id coloris conspiciantur, quin aliquando plures, aliquando pauciores, vel vnus numero, & sunt aliquando parui, magni, mediocres, angulosi, plani, asperi, leues, longi, orbiculati, qui non solum in vesica & renibus, quod sentire videtur Gal. sed in oculorũ etiam palpebris ventriculo, pulmonibus, intra caluariam & chistifelleo generari quam sæpe videntur, sed, vt rem in pauca conferam hæc passio non alligatur vni membro, quamuis Philosophus affirmet in hominibus tantũ creari, non autem in Brutis, etsi aquas turbulentas bibãt & crassis vescantur eduliis: habent tamẽ vias magis quã nos multo latiores, & vires fortiores, cum in Bubalis enim quotidie videntur in Chistifellio, cuius gratia crederem Philosophi sentẽtiam de vrinarum ductibus fuisse intelligendam, sed ad lapidis causam reuertamus, de qua magna est inter Alex. & Gal. differentia. Cum autem hi duo inter se discrepant, non est facile veritatem venari & nosse, Galen. ergo affirmat in puerorum vesica ob caloris vehementiam lapides creari. Intellige, interprete Paulo, illius fidissimo, adurentis & comburentis, de quo Auer. Calor, qui petrificat, est fortissimus & extraneus, cuius finis est indecoctio vel assatio: cuius oppositum 5. col. c. 10.

3.de A-lim. facul. positum dicit Alex. dũ vult a miti calore in puerorũ vesica calculos generari, quod tamen a Gal. recepit, qui sibi non videtur constare, cum aliàs scribat in nostris corporibus calculos generari, tùm sanè, quando caliditas ignea cum materia crassa simul coniungitur, ego vero neminem vidi qui hanc olfecerit controuersiam, sed ego re vera censerem lapillos in nostris corporibus a nullo alio calore posse vnquam creari, nisi ab igneo, vt optime docet Alex. Peripat. Auer. Paul. Archigenes, Auic. Constan. African. Aliab. Nicol. & classici communiter omnes, vno tantum excepto Aretęo, qui dixit in Senibus lapidem a frigiditate posse creari; quod non probatur, nisi fortasse vellemus dicere, a minori calore, quemadmodum Alex. & Gal. sunt intelligendi. Quare in pueris generabitur lapis a calore extraneo quasi per accidens ex debilitate agentis, & longitudine moræ, quod non contingit in adultis, cuius rei exemplum afferunt teste Gal. aquæ sponte scaturientes, quod oculis quàm sæpissime vidi in albulis puteolanis, qua in re iterum dicebat Auerr. Calor (qui cum fit sensus) non est idem cum eo cũ quo fit motus, quod exemplo illustro: Sumantur duo luti frustula, quorum vnum lento igni apponatur, vt sensum illudat, alterum vero largo & fragrãti vtrumque tandem lapidescet hoc nimio & feruenti, illud agente tenui & debili, sed longiori temporis
4.Met. cap.1. spatio. Ideo iterum Auer. Calor qui transmutat materiam alicuius recipiendæ formæ gratia separare faciens priorem formam ab ea, necessario est calor, sed tamen respectu corporis corrupti & putridi est extraneus, & rationem adducebat. Quia calor naturalis non habet aliquam viam generandæ frigiditatis. Ergo lapis corporea moles, cum sit a calore oborta, necessario ergo semper generabitur ab extraneo & sic sunt intelligendi Alexan. Gal. & Aretęus alioqui sibi ipsis non costarẽt.

Restat assignare quonam in genere affectuum sit lo-

candus qua in re Gal. existimatur a multis titubasse. Quare ego iuuenis non potui illum non admirari, nec defuerunt, qui illum erroris arguere non dubitauerunt asserentes lapidem morbum esse substantiã quod est de genere eorum quæ fieri nullo modo possunt. Cum quelibet substantia a motu & contrarietate reiiciatur necessario. Nam singuli morbi apud Arist. exquisite apponuntur in prædicamento qualitatis. Quamuis Gal. clarioris doctrinæ gratia nonnullos in quantitate locauerit sed ille tunc secundum sensum, non rationem loquebatur, vt falso nonnulli illi imponunt, qui lunam quod aiunt in puteo piscium ritu hamo capere existimant, qui dixit lapidem quandoque morbum, quãdoque causam, quandoq. symptoma, non tamen hoc nomine leuitatis crimine est accusandus, neq. falsa profiteri, cum apud Philosophum considerandi modus sit modus diffiniẽdi, quod clarioris doctrinæ gratia exemplis illustrabo. Numerus res vna quædam est solummodo, tamen diuersimode intellectus, multa dicit, recepta a modo considerandi occasione diuersa, quia tam Musicus quã Geometra vno & eodẽ numero numerat quæ sua sunt. Hic continui disgregatas, partes, ille proportiones canoras, vnus tamen re vera est numerus. Nunc in Gal. mastigias & Blaterones, vt eorũ temeritatem infringamus. Quando Gal. dicit lapidem esse morbum, in numero, considerat additionem adnatã corpori humano cuius gratia pars affecta mole quadam & grauedine opprimitur, a qua primum vitiatur actio, sed quia lapis quandoq. nõ solum grauis est sed opprimit vias, idcirco & morbus & causa simul & semel appellabitur, Morbus, quatenus est obstructio viarum, Causa quatenus impedit, puta vrinę emissionẽ. Symptoma vero, quãdo forte e corpore pelletur, quia tũc illud excrementũ extra corpus educetur, quod vere appellabitur commutati excremẽti Symptoma. Quare profugus & erroneus non est Gal. neque

6. primę Phil. 2.

vti

vti Rinocerotes & nasuti isti falsa docuit, affirmantes temere morbum esse substantiã qua ductus occasione authot ille grauiss. de rerum affectibus, nunquam dixit lapidem esse morbum, sed λιθίασιν lithiosin, hoc est lapidositatem. Quare sententiam tanquam veriorem semper probarem, scilicet esse morbi causam, quod in tertio artis medic. Galeni. magis videtur arrisisse. Hactenus de lapide, nunc ad vlcus quod propriè & simpliciter ne æquiuocum nos deludat, apud Gal. nihil aliud est, vt de propria ulceris natura dicamus, quam soluta partis vnio cum suæ substantiæ iactura perditioneque, a materia rodente vel puruléta genita vel occasione quapiam extrinseca illis ęquipollente energia, quod docent caustica medicamenta. At quod in omni vlcere sit soluta vnio & partis ablatio Gal. docet, & sensu comprobatur. Itaq. peritiores Medicos non possum non admirari qui ausi sunt vlceris diffinitionem assignare, per puram & impuram continui solutionem, qua in re dupliciter meo iudicio peccant. Cum solutio dicat motu in fieri, secundo quia puritas & impuritas sunt merę vlcerum differentiæ & non quidditas, signa sumuntur ab excremento commutato vt pus & similia. Differentiæ a materia contenta figura, colore, tumore, & reliquis. Sed in vlcere vnũ hoc admirandum, cum pus non male oleat; quod arguit collum vesicæ in substantia carnosa affectũ, & aquę ficoncellæ beneficio ad planiciem ferè redactum, quod a parua puris copia colligitur & Symptomatum dependentia. Locus affectus est in collo vesicæ, cum ibi percipiatur grauitas, dolor, ac mala sensatio. Nam apud Hyp. vbi est dolor, ibi morbus. Neque volui id silentio præterire vna cum lapide esse capillitium, quod morbi genus, quando recte & diligenter curatur, solet hominem a lapide vendicare. Quare cum aquarum ficoncellæ potu non cessauerit affectus, videtur indicare materiæ viscidę copiam mirandum in modum exuberare,

quę in capillitium expellitur, & in lapidis morbosa dispositione retinetur, & forsasse generationis locum in capillitio non adeo exacte & bene tenuit Gal. quemadmodum Actuarius, Ratio victus authore Gal. eliciatur extenuans, sed quia temperamentum contra indicat, Phylarg. a quo non dissentit Gal. in talibus corporibus eligebat mediam, quam probo, quia re tota recipiatur a Gal. in vi. Salubr. vbi est historia ferè æqualis.

Pronost. cum sit rei futurę euentus supponit motum, & motus tempus, quod cum dependeat a causis superioribus, videlicet ex aspectu solis & lunæ propter oppositos motus & inequales vario modo peruenientes, varia nobis impartiendo motu & lumine vt Peripat. vel influentia, vt Matemat. Quare in Pronost. tria necessario considerabuntur. Euentus, tępus, & modus. Quod spectat ad euentum, cum nascatur ex mutua pugna, quæ fit inter naturam & morbum, cuius gratia ab altera parte pernicies, ex altera victoria; assequetur hoc peritus & prudens Medicus & morbi natura, & artificiosa coniectura virtutis robore. Nam cum quidam morbi sint ex toto genere salubres vel exitiales, per se, & primo, vel peraccidens, & præsens morbus sit ex toto genere exitialis, nępe per accidens & loci ratione, cum incisionem respuat meritò euidens & patentiss. sequetur ruina; tempus a virtutis robore, humoris natura, & Sympromatum pertinacia, itaque cum sit affectus cronicus, virtus autem valida, & Symptomata quieuerint, erit ergo longus.

Modus, nisi incidatur necessario, tabescet. Cura cum morbi sint dependentes primo & per se fomitem primariũ recipient a Iocinere, ergo erit ab eo incipiẽdum, quia iecur ventriculum peruertendo totum corporis habitum vitiat materialiter. Indicat itaque euacuationẽ fieri debere, quæ quidem duplex est, vniuersalis & particularis, sumpta igitur indicatione ab affectus pertinacia, & iocinoris excandescentia, esset necesse vniuersalem

aggredi. Sed ventriculi cruditas & sanguinis penuria tyrannide quadam occasionalem modum agendorum sibi præscribunt. Quare cum in ventriculo multæ sint cruditates, quæ omnia incommoda fouent, cum deorsum motum habeant ad affectus vias paratum, meritò a motu sumpta indicatione oppositum motum excogitabimus, & a materia duplicem suppeditabimus, Ergo partem vomitu, videlicet illam, quæ est a natura destituta, euacuabimus, alteram vero debitis medicamentis, exornabimus, vt natura possit nutriri, & siqua forte fortuna portio fuerit coinquinata, possit facilius a perito Medico expurgari. Quamobrē vomitum primo parabimus, mox humores in toto venarū ambitu existentes incidentibus & abstergentibus medicamētis non postposita humectatione extenuabimus, deinde uias reddemus fluxibiles, cauendo tanquā monstrū aliquod ea tempestate ingens horrendumque, omnia aperientia præsidia, ne humores illorum gratia ad vesicam inconsulte præcipitarentur; quo facto corpus expurgabimus, non semel duntaxat, cum humores sint rebelles, sed vt prudenti Medico videbitur opportunum; deinceps renes & vesica expurgentur, postmodum vlceri & lapidi occurratur, vltimo membra corroborentur. Sed vndique res vrgent; cum stante lapide in vesica, a quo fouetur vlcus, fieri non poterit, vt res ex animi sententia cedant, absque artificis manu, quam aspernatur. Quare illud comici sequēris, si non quod velis, saltem id, quod possis. Ad vlcius iam accedamus, quod duo indicabit, primo solutā vnitatem, secundo deperditam substantiam, est ergo primo pars ablata resarcienda, post soluta vnienda; verum nullum eorum, nisi prius remoueantur impedimenta, sequetur, lapide igitur omisso, reliqua aggrediemur, quæ duo sunt, vnum, vlcus humidū reddit, alterum sordidū. Itaq. duplici vtemur medicamento, abstergente videlicet & exiccante, quæ implebunt sarcotica; mox, quoad

eius fieri poterit, ad glutinantia & astringentia præsidia veniemus, vt artis beneficio partes solutę; quę duę sunt, in vnum coeant, nempe glutinis opera non pospolita. At quid sit gluten, & ex qua materia constet, & quo pacto natura artis scilicet beneficio finem præfinitum assequatur, nullibi docuit Gal. Nos igitur ex propria rei natura, ac ex prolata materia periculum faciemus finem aliquem assequi, quod si dabitur, gratias deo, sin minus a feliciori ingenio expectabimus maturiora. Cum igitur caro ex sanguine generetur, gluten vero ex carne; fontem habere videatur, meritò a sanguine gluten recipiet originem, cuius hæc erit series & progressio. Cum omnia iam impedimenta fuerint ab vlcere remota, & tēperies ad pristinam naturam redacta, affectus particulę; sanguis, qui integer & inculpatus in magnis venis continetur, a capillaribus morbosa dispositione exaustis felicissime attrahitur, ex quibus fit ad poros resudatio, hinc natura recreata sui muneris haud oblita ab astringentibus præsidiis hac illac cōprimitur; a cuius cōpressione diuisarū partium fit contactus vnus, & coalitus hæcq. est caussa, qđ carnosæ partes verè & legitimè vniantur, cum sint calido & humido temperamēto: quod non contingit in aliis, in quibus calor naturalis non adeo superabundat, ideo in contrario temperamento versentur: debemus ergo ponere sarcotica, non omnia, sed illa sane quæ possunt, sumpta indicatione a temperamento partis, tum abstergere tū sine aliqua mordicationis iniuria ex siccare, hocque celerime antequam, vlcus serpat, & propriam vesicæ substantiam adoriatur, quia tunc nulla amplius esset spes salutis; hac de caussa Gal. maximè accusat negligentes.

Modus a situ partis recipiatur, & ideo Antiqui excogitauerint Syphones.

Quod ergo spectat ad lapidem, oportebit illi blandiri, cum nobis minime noceat, obstructione, cuius gratia

transpositione teuctur, neque adeo grauas, vt numeretur auctus. Ideo nos & auulsionem & transpositionem dimittemus, operamque dabimus pro viribus, ne lapis vlceris curationem inuertat vel prohibeat: omissis igitur reliquis feliciora illis duobus experiri poterimus, sumpta itaque indicatione a rei natura, lac asininum omnibus fere propositis incommodis, tam intrinsecus quam extrinsecus applicatum poterit prodesse, sed cùm lapis in vesica non possit frangi, poterit tamen materia proxima mitigari & leniri. Est enim lapis res terrea, vt diximus, crassa, viscida, & assata; quare cum contrariorum sint curationes, lapis autem sit a calore & siccitate aggregatus, debet per frigida & humida dissolui. Cæterum quia eiusmodi sunt, ad motum & ad profundas partes per se non possint penetrare, egebunt aliqua caliditate; sed hoc opus, hic labor est, quia calor auget calorem; hacque lege causam efficientem maiorem redderet; ideo contemperatis sumptis indicationibus a similibus a dissimilibus, cum tumores duri non exquisiti ita a classicis curentur; cum calor ita moderatus non solum non exsiccet, sed dissicata ad dissolutionem paret, oportebit primo tẽperatis emollire crassa postea incidere, & viscida abstergere, quæ duæ serosæ partes valebũt acredine, qua pollent, conuincere, & dissoluenti, qua pollent facultate dissoluere, & deiectoria virtute remotas materias per aluum deducere. Ex quibus in sero tàm Arist. quam Gal. de lapidis materia fuisse locutos diligentissime, uult enim Gal. persistendo in manifestis facultatibus medicinas calidas frãgere lapidẽ, intelligẽs sine vlla vi, & caussarum efficientium detrimento emolliendi & expiandi gratia, Aristot. verò ex aduerso docet debere esse frigidas, rationem autem adducit efficaciss. cum ea quę coagulantur a calido & sicco, dissoluantur, per frigida & humida, respiciebat ergo Arist. caussam efficientem tàm in esse quã in conseuari; Galen. verò modum

præparationis & dissolutionis; nec est prætereũdum, lac asininum lapidi aduersari, & reliqua vitia posse corrigere, totum videlicet habitum corporis refrigerando & hũmectando, & imminentem tabem præcauendo, somnũ conciliando, vires perditas restaurando, & vlcus ad cicatricem deducendo. An verò lapis hic in vesica sit genitus nec ne, multi cum Fernellio sentiũt quod non. Ego autem Gal. & Hyp. opinionem magis probare, quia illius rationes mihi non satisfaciũt; cum affirmet in omnibus præcedere nephriticos dolores, quod est falsissimũ cum pueri lapide vesicæ corripiantur sine vlla neque præcedenti neque subsequenti renum passione, quod ego obseruaui ter, & a circulatoribus sæpissime audiui. Ratio de nucleo, est chimera, & lapis mouetur per periodũ natura verò primo aggregat, postea expellit. Nos videmus lapides in terra genitos cum nucleo in uno & eodẽ loco cũ corticibus, quos ex Clearcho Themistius appellat prægruantes, & ego uidi lapides eiectos e uesica in modum cepæ, indicabant periodum sensibus admodum conspicuum, & sicut in terra, sic fit in nostra natura, est enim homo μικρόκοσμος. Quare sumpta indicatione a iuuantibus & nocentibus non discederem a superioribus medicamentis, quibus aegrotus fuit ab inferis penè ad lucem restitutus igitur in Balneo, lactis Asinini potu, prisana ordeacea, iure pulli cum eisdem medicamentis alterato, vomitu, ex Serapio, Raphani, & aqua baccarũ lauri & si opus fuerit, lacrima abietis & cassiæ. Cumque æger factis euacuationibus vniuersalibus & particularibus meliorem semper fuerit vitæ rationem & statum assecutus, sitque mirandũ in modum Medicorum præceptis obtemperans, poterit in Dei Opt. Max. gloriam vitam prorogare, cuius nomen sit nunc & semper & in secula benedictum.

Prin-

1. Cœli 33. PRincipium apud Philosophos sermo est de toto in potestitia maioris virtutis, quam molis, eam instar Architecti paruæ tabellæ sit exemplar & typus, a quo moles ardua in lucé proficiscitur, cuius gratiá appellatur quodámodo omnia, quia conditionis occasione, vnum quemque artificem in eius constrictione diligentem, sollicitum, prudentemque esse oportet. Nam ex quouis errore etiam leuissimo, maxima deinde errata nasci solere, omnes compertum habét. Quod tuæ inuectiuę contra dignitatem meam bis iam excusæ contigisse animaduerti qua cum nodum, vt aiunt, in scirpo quærentes esse, vel in oui cortice nigredinis rimulam, multis figmentis mouens, agitansque vt cum a titulo frigida penitus oratione tertio quoque verbo recedas, tritum enim est & vulgatum: Exordium ab exquisito artifice, a propria rei essentia oriri debere, de qua potissimum est sermo instituendus, a qua formula & sanctionis lege tuo stilo fucato phaleratoque coccorum ritu, qui a cocca pedotriba ducitur, in foueam cadis, prę sertim cum medicorum Picętinũ scholam, tu methodũ explicare latissime pollicearis. Cęterũ quid illa sit & quę nam causę & differentiæ, & censura in proposito negocio vti commode possit, nullo modo explicas quin de renum affectibus maria, quod aiunt, & montes docturus promittens, obliuione protinus excidis. Cum & quid renes sint, & cuius gratia, vsum & facultatem habeant, ne verbum quidem, & quod magis risu, cachinnoque dignum est, neque de lapidis essentia, caussis & differẽtiis & vlceris natura, & qua ratione renes eo afficiantur, non explicas, sed scripta obtruncata mea mutila & lacera, depravataque varia fingendo diuerticula, diligẽter accurateq. venaris, quam rẽ Picœntes cum tyrones tum senio confecti & plurimo rerum vsu grauiss. facillime cognoscent, quantum in deturpandis & mutilandis scripturis valeas, & docenda methodo polleas, cum compositi-

Ibidem

3. d ani. com. 4.

uam,

uam, neque resolutiuam, neque definitiuam teneas, sed more præstigiatoris, equo ligneo vesti in Democriti Chaos labaris. Proinde cum nullum ordinem serues in tua ista præclara methodo illud poetæ dici poterit.

Saltantes satyros imitabitur Alphesibæus. Virg.

EX CAP. II.

Nihil in rerum natura turpius, neque ab humanis legibus, aut diuinis alienius homine mendaci aut dici, aut excogitari potest; cum apud omnes gentes eo teterrimo crimine obruti ad tantam turpitudinis labem progrediantur, vt ne verum quidem, etiam si oculis cernatur, & propriis manibus pertractetur, illis ex Xenophone Cicero credendum esse doceat. In quo teterrimo & omnium nephando vitio, quod ad rem præsentem attinet, iaces immersus, quum nullo pudore correptus typis cudi & imprimi volueris. Nobilissimum ægrotantem quàm sæpissime per vrinam sanguinis copiam emisisse, lapidisque descensu in renes fuisse vlceris labe contractam, quam mehercle chimeram tanquam ex foro mendacium in Abdera ciuitate arrectis auribus percipere maluisti, cuius oppositum in honorem veritatis publico instrumento infirmus ipsemet apud omnes testatū facit & faciet, qui non inficiatur bis terue grumulum ciceris instar compactū in tota morbi progressione excreuisse. Quare tua isthæc inuectiua optime cum Poetæ illius sententia quadrabit, & quicquid græcū mendax.

1. De natura deorum.

Alludit instrumento.

Locus ī Abdera ciuitate blacteronibus dicatus.

Ab acredine ergò illius pituitæ crassæ viscidæ labes vlceris fuit excitata & procreata, non autem vt tu mentienti calamo testaris a lapidis descensu.

EX CAP. III.

GLoriaris deinde Picæntes Iuuenes velle docere. quã scilicet arte & peritia calculosus affectus explori diligenti & exquisita methodo valeat, quod negociũ adeo conterques, huc illuc rotas trahis, inuertisque vt ne Mercurius quidem cum Musis, quod aiunt, ita enim scribis.

Quamobrem vlcus illud, nõ leui in vesicæ ostiolum consistens diuisarum partium indicat consolidationẽ, quod inartificiosum est, & plebeis apprimè cognitũ, sed discrimen ad id, quod indicatio distat, statim an exequi possit, necne, & quibus, & quando, & quantum, artificis munus est.

Hic multa non probantur, quæ veritatis gratia oporteret apposite subexaminẽ ventilare, sed quia in negocij principio tibi non constas, placet doctos viros commonere, tuamque falsitatem illis patefacere, qui multiplici verborum ambage, disputas in Griminatione xxviij. pagin. xxxj. primæ editionis, In secunda paginæ facie ita scribis.

Quod in vesica nullum penitus affuit vlcus postremo examinabo, & infra pag. xxxij. facie ij. in postremis. Si dixeris an dolor adest post mictum in ceruice ipsa nullũ quidem, aut exiguum adesse dolorem dico, quia exulcerata nunquam fuit, nisi opera tua id contigerit postea; & in pagina nona, oppositũ ex diametro scribis. videlicet

Te itaque referente, cui maxime duximus credendũ, Aegrotoq. confirmante, duas partes præcipuè læsas fuisse coniecimus renem, & vesicam, in vtroq. viscere sabulum, lapillos & vlcus contineri; in rene haud enim planè recordor, an dexter an læuus, an vterque fuerit læsus, vlcus adfuisse sanguinis illa mictio satis copiosa ter, aut quater adueniens.

Preterea scribis apud Galenum, Vlcus, vt vlcus est, vnũ

tantum

tantum indicare, nempe sui consolidationem, quod falsissimum, & ab ipsa veritate alienissimum.

Quare audias illum 3. methodi cap. 4. Esto igitur, quę exulcerata est particula, nec fluxione vexata, nec malo succo referta, nec omninò extra naturalem temperiē, sed nec cauitas vlla adsit, nec vlla cutis amissio. Nam id quod bona pars medicorum præterit, non intelligens postquàm cauum vlcus carne iam repletum est, ac planum omnino effectum, nihilominus tamen hiat, duplicem adhuc affectum particulæ superesse, alterum substantiæ cutis amissionem, alterum continui solutionem.

Si ergò apud Galenum pro affectuum numero medendi pares indicationes respondent, necessariò in quouis vlcere simplicissimo duo morborum genera connumerabuntur, nempe continui solutio, quod est vnum scilicet commune, alterum, quod secundum appellatur quantitatis, substantiæ cutis amissio, si ergò vnum, unū indicat, & duo, duo, ergo ulcus ut ulcus est, cū duo morborum genera contineat, duo necessariò indicabit, & nō unum, vt tu Galeno temere reluctando, fanaticum crepitantium ritu oblacteras.

Adhæc iterum illi contradicis & Aristoteli affirmans, Vlcus, vt vlcus est, indicare sui consolidationem esse inartificiosum & plebeis apprime cognitum. ita enim Galenus docet, Ergo quod vlcus cauum vocant, non vnum duntaxat vitium est, sed pariter cauitas, & vlcus, ita & vlcus. quòd supercrescentem carnem habet, non vnus est morbus, sed caro supercrescens & vlcus. Indicat autē magnitudo quæ præter naturam est, primam indicationem, quam etiam veluti metam inueniendorum remediorum diximus, atque metam inueniendorum remediorum docent, vix a peritissimis dignoscuntur. Tu vero vulgaribus esse notissimum contendis. Itaque audi Philosophum. Id cuius gratia potissimum est, finis alio-

3. Meth. 6.

1. 2. Ph. 31.

C rum

tum est. quare si omne agens, agit finis assequendi gratia & opt. Sagittarius ad præfinitum scopum parat omnia artis instrumenta & media & ab eo principaliter mouetur, quo remoto, pereunt omnia similiter. Quomodo igitur erit inartificiosum? Cum peripateticorum ille princeps hac arte & via omnia causarum genera, antiquis illis philosophis incognita excogitauerit, inueneritque. Inquies, sunt ista Galeni placita. cui respondeo Galenum, hęc in Thessalum scribere, vel effutire potius, non ex animi sui sententia, qui vt videre potes per te leuitatis crimine non carere, & sensum haberet & rationem contrariam.

Cum ergo latissime pateat vlcus, vt vlcus est, duo morborum genera continere, necessarioque duas notas & indicationes recipere & non vnam, quod tu imperitissime quidem temereque affirmare non dubitasti, de semissibus & Idiotis accidere consueuit, quibus signa dumtaxat innotescunt, sicuti quando fumum vident, illico solum indicant ignem esse, fumi vero naturam & essentiam nulla cognoscunt ratione, quod tantum a vero & absoluto artifice differt quantum a Terræ globo Cœlum ipsum quod maxime elucet ex diffinitione indicationis, quæ authore Galeno, nihil aliud est, quam ipsa agendorum insinuatio. Ex quibus omnibus facile apparet signa rudem quandam cognitionem & vmbram posse docere, modum autem & ordinem agendorum nequaquam, cum ab essentia rei talia percipiantur, vt ex definitione indicationis facillime colligi potest.

De complicatis affectibus. I I I.

EGO mi Augeni ne in hoc tam difficili & arduo negocio a te proposito, proinde aliquis contingat error, ab ipsa rei natura exordiri tutum fore existimaui. Imprimisque explicare, quid, per complicatos affectus

sit

sit nobis intelligendum, qui aliquando sunt dependentes, aliquando independentes. Dependentes primo & per se, & dependentes propter occasionalem, vt ita dicam emergentiam. Independentes autem propter melius tantum. voco morbos primo & per se complicatos & cohærentes, qui plures numero inuicem pro mutua nexi commuratique a primo posito certo ordine veluti vnitates a denario fluunt & nascuntur. Occasionales verò qui etsi in illo ordine tamquam a prima radice exoriantur, adeo cęteros superant, vt tyrannide veluti quadam alios postponant contemnantque, atque ipsum ordinem primùm inuertant. Independentes autem erũt illi sanè, qui plures numero vni subiecto inhærent, & a primo posito principium non recipiunt flexibile, quæ omnia exemplis illustrabo. laboret socrates ex sanguinis bisiosi redundantia, quæ non per se, sed propter venarum ebullitionem generetur, a qua sanguinis copia & feruore subsequatur obstructio, prohibita transpira tio, putredo, febris, inexhausta sitis, ventriculi morsus, nausea, inappetentia, capitis dolor, vigilia continua, membranarum cerebri inflammatio, phrenesis. itaque cum hi omnes affectus ab vna tantum radice procedant, ac proficiscantur, necessario erunt primò & per se dependentes. Dependentes autem propter emergentiam erunt illi sanè, qui in proposito cumulo aliqua occasione calcatis & contemptis aliis insurgunt, ac enascuntur, tyrannidẽque sibi vendicando medendi ordinẽ inuertunt, quod exemplo explano. fac Socratem prædictum ventriculi gratia, dolore capitis fuisse commotum & a vigilia continua, & inquietudine frequenti per triduum affectum, & integrã inediam sustinuisse, cuius gratia medicus ordinem inuertit, & sanguinis missionè postponit. Idcirco vt virtuti consulat, cibum parat, somnũque omni cõciliat diligentia. Independentes verò illi dicentur, qui a nullo primo posito dependent, tamquã a summo ge-

 nere

nere vel principio, etsi vnusquisque per se ordine suo non careat, exempli gratia. Callias simul & semel podagra, quartana, vesicę lapide, laborat; qui affectus verè sunt independentes; cuius gratia prudens & diligentiss. medicus ordinem propter melius ab eorum vno, cęteris tamen non neglectis, curationem suscipit. Cum ergo affectus nostri ægrotantis sint in genere primo & per se dependenti uni, merito a primo posito, nisi occasio inuertat ordinem, curationem recipient: quibus iam expositis ad tuas veniamus diuisiones, methodumque tuā illam egregiam; in qua tantum gloriaris, & tibi places, superbisque mirabiliter: scribis ita doceique tyrones Picœnes;

Ab illo ergo complexu prima indicatio recipienda est, secunda ab his quæ causæ rationem obtinet, Tertia ab his, quę efficiuntur, Quarta ab his quę sanari ante alia possunt, uel nō possunt, Quinta, vbi autē efficiēs aliud est ab eo qd efficitur, ordo ab ipsa causa est incipiendus.

Hic est tua illa admirabilis & singularis rerum agendarum typus, ordo, methodus, & explicatio, quæ quid ualeat viri omnes, & medici docti viderint, & iudicabunt, quorum iudicium pluris facio, quam plebeculæ. Nam, vt ille inquit, ea est profecto iucunda laus, quæ ab his proficiscitur, qui ipsi in laude viuunt, vixeruntque. Quare ad singula membra veniamus, eaque diligēti examine percurramus. Ad primum, cum ille cumulus careat subiecto essentiali primò, erat elucidandus, deinde explicandus, ne intellectui chaos illud subiiceretur. Itaque cum fundamentum omnino sit falsum, necessariò erūt etiam falsa singula membra? Dicis; primam indicationē ab illo cumulo & morborum complexu recipiendam esse, in quo mirum in modum allucinaris, & in orationis confusione admirabili, æquiuoca repleta importunitate, tanquā stulti cerebro, turpissime laberis, ruis, & concidis; oratio enim confusa nihil docet præterea

fea, & cumulus ille æqualiter etiam prædicatur tam de dependentibus, quam de independentibus affectibus, quare tanquam erronea prorsum reiiciatur & ineptissima. Idem etiam de secundo cum sub causæ prædicatione æquiuocæ contineantur tàm internę quam externæ, materiales & efficientes, quæ omnia inter se quàm maxime discrepant. Non erit ergo mirum si Cœcus cœcum ducens ambo in foueam corruant.

Addis ab his quę efficiuntur ineptissima sanè progressio, quia stante morbo materiali per se dependenti, ordo agendorum est à primo posito recipiendus, & non in tertio locandus; quocirca nil fœdius, nilque indoctius dici potest. cum ignota per magis ignotā semper afferas, quia ab his quæ efficiũtur, quā plurimi proficiscũtur affectus genere diuersi, plures morbi & plures caussę, plura Symptomata, quæ oia sunt confusa & maximo diuisionis lum ne indigent vel potius delio, vt fertur, natatore. Ad quartum nunc descendamus, quod est non minus ridiculum quàm falsum, cum non distinguat, quæ sanari ante alia possint vel non possint; videlicet an verā sint in morbis primò & per se dependentibus; vel propter emergentiam. Neque vltimum a criminis aberit labe, cùm omnino sit superuacaneum, & cum quarto coincidat, quod in aqua haeret, & in aere fuerit, vt vulgo loquar, collocatum. tua igitur præclariss. ista methodus quantum virium & roboris habeat, dum labascit & corruit, facillime iudicatur. Interim ad excellentem singularémque tuum illum epilogum accedamus, in quo ita scribis dum agendorum ordinem doces.

Primũ ne a ventriculo ad renes, vel ab aliis partibus humores fluant. secundo vt qui fluxi sint, euacuentur, & materia purulenta abstergatur a renibus. Tertio vt calor igneus renum obtundatur. Quarto vt lapidem a renibus & a vesica extirpemus.

Quæso Picœnies mei caniss. quod Augenius sibi do-

tendos tantopere gloriatur, attendite, quàm verecundiæ finis prætereat, cum modo neget, modo affirmet lapidem vna cum vlcere in vesica contineri & esse, sed hæc identidem in examinis arenam descendant.

Cum ergo cumulus iste affectuum sit primo & per se ex numero dependentium, & a iocinore primam recipiat originem, nisi ordinem inuertat occasio, merito ordo esset a iocinore incipiendus. Sed occasio humoris iam geniti in ventriculo illum inuertit; est igitur ordo occasionalis, quod tu silentio ignoranter inuoluis, sed heus vos, Picœntes, quos iste sibi docendos proponit? Quærite qua lege, quave rõne possint simul & semel eodem temporis spatio expurgari totum corpus & renes, remotis aperientibus præsidiis. Ergo cum prima concoctio vitiosa emendari, & corrigi non possit a secunda, necessarium est totum corpus vitiari, & euadere cachexium, sed cũ fieri non possit, vt renes sine aperientibus præsidiis valeant expurgari, Augenius imperitè augendo, attrahẽdo humores ad illas partes lapidem & vlcus fouebit. hocque pacto hominem ad obitum præcipitabit. hæcque tùm ad primum, tum ad secundum mẽbrum valeant.

Tertiò doces refrigerandos esse renes, deinde lapillos effodiendos, o singularis doctrina. O iudicium exquisitum & admirabile, O præclarissimi hominis prudentia, cum tuos illos Picœntes doceas ordinem præposterũ, & quod aiunt vulgò, currum bobus anteponere, in Anticiramq. nauigat plenis velis vester Augenius doctor & Magister, cum a renibus apud classicos sint eiiciendi lapilli, mox refrigerandi renes.

CAP. IIII.

ABSOLVTIS iam ordine retrogrado indicationibus descendis ad Medicorum collegium seu

collo-

colloquium, in quo nostram musam studes quàm accuratissime adhibito omni astu, & fraude, obscurare, vt nullum omnino valeat intemeratæ & candidę veritatis elucere vestigium. Quare volui paucis in studiosorum gratiam historiam referre. Proponebam nobiliss. ægrotantem in complicata morborum silua primo & per se dependentium genere fuisse prolapsum, caussa interceptæ fluxionis, quæ a capite ad imos talos defluens podagrã excitabat, cuius rei gratia in nephriticos dolores .i. lapillares, vigiliam, imminentem tabem, & reliqua. iecur autem omnibus occasionem suppeditarę; dũ squaloris æstu per accidens ventriculum refrigerabat, & viscidas materias procreabat, quæ deinde citius & velocius, quam conueniat per meseraicas ad Iecur & renes tandem attrahebantur, mox ad vesicam, & lapidi & vlceri fomitẽ suppeditabant. Quod autem lapis & vlcus essent in vesica, ex propriis signorum fontibus colligebam, sumpta indicatione ab his quæ iam præcesserunt, simul inuadunt, denique simul apparent, quæ omnia potuisses iam longę antea didicisse, dum Io. Audr. de comitibus curabas; & rei natura inuenta, singula in proprio genere collocabam, Mox rei futuræ euentum explicabam, Vltimo rationem victus & modum in præseruatiua artis parte commorando opportunum referebã, considerando humoris motum decliuem, membrum generans, & occasionem afferens, terminum a quo, & ad quem humores fluebant, vias, partium actiones vitiatas, & ordinem agendorum occasionalem, a ventriculo tanquam a membro generãte, & trasmittente, a quo nostrum hoc negocium magis tunc pendere videbam, primam eò curandi rationem occasionalem dirigebam, & humorem iam genitum in eo commorantem, procliuẽ, sursum euellendum, & euacuandum proponebam, mox corporis habitum excrementicium, ne materia iterum ad renes & vesicam deflueret, expurgandum commonebam.

nebam. Deinde illas partes affectas abstergendas lenissimis medicamentis vigiliæ, vlceris, & doloris gratia consulebam occurrendum, mox tabi, lapidi, & reliquis incommodis lacte Asinino, & aquæ dulcis balneo succurrendum affirmabam. Hæc sunt quæ a me voce tremula, ita enim modestiam Cini vocas in colloquiis proposita præsidia, qui iterum asserebam nil prorsus de balneo dubitãdum, si quãdo forte fortuna ex aquæ relaxatione iam de perdita, fuisset suscitata podagra. qua ex re adiumentum potius, quam detrimenti aliquid consecuturũ sperabam, cum ad illas partes intercepta fluxione noui ex toto genere affectus exitiales excitari fuissent. Reliquum est, vt tua quæ feliciora appellas in arenam deducamus, & singula inuicem conferendo peritiorum iudicio subiiciamus.

Primo sanguinis missionem proponebas, nulloque suffusus pudore indicantia & prohibentia nequaquam inuicem conferebas, cum Nobiliss. Aegrotans vigilia cõtinua, doloreque iri vltimam labem incidisset; Mox ritu puerorũ qui a formula recedunt, methodo mea progrediebans, vomitum ex [illegible] diassero iam à me propositum referebas.

Tertio diasebesten [illegible] successiue vulgarem terebintinam per sextam anni partem deuorandam prædicabas. Quantum ad vomitum attinet Aeger felicissime optimo præsidio ex abiectis lacrima & oleo amigdalino ventriculũ superne & inferne expurgabat, quod a mentito diassero fieri nullo modo potuisset. De electuario ex sebesten te falso authore & inuentore, quod per sextam anni partem singulis diebus obtulisti, nolo inepta, nugas & delyramenta semper refellere, cum nullo videaris pudore suffundi, affirmans multos in hac regione prouinciaque conseruasse, quod classici omnes negant, affirmantes medicamenta aluum expurgantia non esse singulis diebus administranda rationibus quidem

dem

dem firmissimis, & validissimis. Nam quæ corpori nostro inferuntur per os, necessariò sunt aut medicamenta, aut cibaria, aut venena. Medicamenta mediam naturam habent, inter venena & alimenta. Verum cùm extremorum naturam sapiant mediam, sequitur necessariò, cum ex frequentatis actibus fiat habitus, vt venenosa qualitas ventriculo imprimatur, necessarioque cor, cũ venenum illi rectà aduersetur, maximè afficiatur cuius gratia calor innatus flaccescit lentoremque contrahit, cui spirituum hebetatio succedit, caloris innati tepiditas certaque ad interitum via, Addo quod dum pharmacũ ob calorem extraneũ, dum in ventriculi sinu commoratur, subtilissima chili pars, quæ in alimenti distributionem vehiculi gratia formata est a natura, sumitur, vel simul & semel a vi medicamenti deiectoria, cum subtilius ad motum quam crassius citius & velocius cõmoueatur, pellatur deorsum, ex qua re partes crassiores in ipso viarum cursu calore & vehiculo destitutę ἀτροφίαν pariunt ac diuersa morborum genera, quæ hominem denique perimunt. Quibus rationibus commoti Plato, Galenus, Celsus, Oribasius, Asclepiades docuerunt Medicamenta, & per dilucida admodum interualla exhibẽda esse, & quando etiam resurget, & non per sextam cõtinuam anni partem, vt tu ipse Picœntes iuuenes docturus profiteris, quę sunt lippis etiã & tõsoribus notissima.

De Serapio Alteæ, C A P. V.

SVPEREST vt ad Alteæ Serapiam veniamus, quod in colloquio a me ob Fernellii authoritatem fuit maxime probatum, sed cum meos postea cõmilitones conuenissem, & singula ingredientia diligentissimè examinassem, & aperientia, vrinamque cientia comperissem, fluore copioso materiæ viscidæ per penem, placuit ab incepto desistere, fęliciorem viam experiri, cum stultis-

simum sit ad partes affectas fluxum excitare, hocque pacto morbum & causam fouere atque augere, In quo quidem Serapio, nostrę sententiæ numeris omnibus infensissimo, adeò insudas, adeò præ angustia torqueris, vt nihil vltrà, & septem contestes adducis, quos quidem authores grauissimos antequam prima literarum elementa didicisses optimè tenebam. Quam ob rem mirum non est si tu vir omnibus numeris absolutus, in huius Serapii examine dixisses talia. Cum Pharmacopolæ omnes, coràm patribus Cingulanensibus conscriptis iureiurando affirmauerint Serapium ex Altea, Elisir Rasis, ex Antimonio, Diasserum, emplastrum Calistani ad pleuritidem & alia multa a te recepisse, quæ a Rasi Fernellio & diuino illo Montano fuerunt subrepta & excerpta.

Sed dicas quæso, a quonam authore receperis, abundante pituitæ copia crassæ, viscidę, quæ per ueram quã sæpissime excernebatur, esse prouocandam vrinam? Audi tamen Galenum.

Neque si ventriculus aut intestina phlegmone iam cœperint laborare, medicamentis, quæ aluum subducunt, vti conueniet, quippe id simile sit, ac si velis laborantibus intestinis aluum deiicere, aut vrinam mouere, cùm renes aut vesica ægrotant.

Cum ad loca affecta fluxiones non sit euocandę, sed ad contraria pellendæ. quam opinionem secutus est Auicenna, cum de renũ affectibus & vesicæ verba facit, recordare eorum quæ dicta sunt, in cap. Renum. quòd non appropinques pillulas de seminibus scilicet diureticis, cum renes & vesica sunt ægræ, ne dolor in locis augeatur, & alias, de his quæ oportet euitare est labor dorsi, & vsus diureticorum, quam opinionem suis temporibus neglectam Nicolaus noster vir omni doctrinarũ genere doctissimus & perfectissimus prudenter admodum illustrauit.

Ad Picœntes de lacte Asinino Augenii illius Doctoris, Discipulos.

MAgister vester & doctor consumatiss. doctrinę haud illudendę inuehitur in nos o Picœntes doctissimi pluribus argumentis, asserens, lac Asininum fuisse per me temere administratum, mox quadā forma Parado xi ridiculosa, tanquā Cinum vellet irridere, & acutis naribus subsanare infert: lac facile posse calculosis conuenire, & non conuenire. Conuenire ratione biturosæ, & serosæ, substantiæ, caseosæ verò nequaquam, cum vera illa sit, quæ lapidis generationem promoueat, quod Gal leni, & aliorū suffragio, & tandem oculata fide comprobat, cum in folliculo vrinario lactentium, quotidie geniti & denticulata forpice auulsi conspiciantur. Ex quo quidem genere cum reliquorum omnium exactissimū sit metrum & mensura, & succi bonitate, & præstantia cętera longè superet, Concludit de maiori ad minus, omne lactis genus, ab humano experimento, tanquā a Polycleti statua, sumpto calculos in nobis posse procreare, ex qua gloriosa victoria, diuidit lac in tres substantias, serosam, caseosam, biturosam, quo ambitionis genere non dubitat, neque erubescit, dicere Arist. non tenuisse butirum, variaque iactando, asserit lac non esse substantia æquale, sed maxima inter se distare latitudine. Cum hoc genus magis, illud minus a caseosa substantia deriuet, deducaturque, a qua postremo lapis gignitur, & quā uis omne lactis genus pro rata portione, qua natura con stant, calculosis nocere videatur, ea scilicet proportione, qua magis ad magis, & minus ad minus, & æquale ad suum æquale, quo ineuitabili & firmissimo argumento ab humano lacte sumpto, cum sit in medio locatum, & calculos generet, concludit vir iste egregius reliqua lactis genera calculos gignere, hac tamen lege, quod hoc genus magis, illud verò minus illis nocebit, vt magis aut

minus caseosa substantia videatur abundare. Quo supposito format Achillem. Videlicet omne lac cuiuscunque fuerit naturæ propter viscidam quam habet substantiam arenis & calculũ parientibus aduersari, causa quidem hæc est, quoniam substantia subuiscida lactis arenas in vnum cogens in veri lapidis substantiam conuertit, in quorum fidem varias & multas adducit authoritates, denique post multas verborum vanas ambages concludit. Tale genus lactis conuenire calculosis, quando scilicet auulsi fuerint forcipe lapilli ne noui iterum procreentur, & ad opprimenda, quæ subsequi solent incommoda, quibus peractis ponit duas indicationes, quarum alteram magis principalem appellat, quã sumit ab arenis, & minus principalẽ ab vlcere, vltimò astenuat quædam ineptissima glossemata, quibus credit Galeni auctoritatibus satis superque fecisse, quæ illum, quod vi debitis, iugulant. Hæc Picœntes sunt, Illius vestri Doctoris & Magistri Sophismata & vanitates, quibus in me insurgit, ineptissimæ, quas omnes refello retundoque. Primo dico lac Asininum prudentia auctoritate & consilio fuisse administratum, cum lapidi & singulis omnibus eius causis, rabi, doloribus, vigiliæ cæterisque incommodis, quibus aeger laborabat, occurrat & reluctetur, vt videre potestis in ea consilii nostri particula, quę fuit studiosè obtruncata. Quod ad secundum attinet, cum lac sub æquiuoca importunitate contineatur, opus est sentiendo cum Peripateticis, a quibus ne tantillum quidem recedere profiteor diuidere ipsum in culpatum & exquisitum, & assero primum cum Hyppocrate & Gale. deinde cum cæteris omnibus classicis indifferenter, lac genere serosum, natura perfectum in quorum classe continetur humanum, Camelinũ, Equinum, Asininum, nullam habere substantiam subuiscidam, excrementiciam, a qua tantum gignitur lapis, non autem ab alimentali, a cuius duplici æquiuocatione seductus tanquam Aesopicus ille

cus ille

eusille canis. lõgissime aberrat videtur iste Magister, Affirmoque iterum tale genus lactis vnà cum Galeno, & Aetio ab vberibus receptum sale & melle paratum fieri omninò inspissabile, vt sit de genere impossibilium tunc amplius posse crescere & in ventriculo coagulari. His præpositis, Ad argumenta, primò ad parodoxum, nego substantiam lactis Asinini cum Galeno, Philargio, & Areteo, ceterisque omnibus habere substantiam subuiscidã excrementiciam, a qua lapis gignitur, Patet autem hoc ex sexto de tuenda valetudine vbi Galenus expresse fatetur lac Asininũ omnino vacare materia subuiscida excrementicia. Prætere a o Picœntes cum apud egregium istum Magistrum uestrum quod sua placita testantur, prima lapidis rudimenta in ipso ventriculo ratione subuiiscidæ substantiæ ibi genitæ, creentur, a qua apud Galenum lac Asininum sale & melle conspersum redditur inspissabile & cum ita reddatur, ita sane vt impossibile sit amplius posse in ventriculo, coagulari, vbi prima hac occasione per vestrum magistrum lapidis generantur rudimenta, quare hac ratione apud istum Magistrum procreabitur iste lapis sine materia & principio, sed materia est propter formam, forma verò propter cõpositum, Compositum propter organa. Organa propter operationes, igitur iste Magister, qui lapidem sine materia & sine principio gigni & creari dicat, cum ex nihilo simpliciter apud Peripateticos nihil omnino fiat.

Ad secundum concedo lac humanum esse metrum & mensuram cæterorum tunc duntaxat videlicet quando est exquisitum & nullo modo culpatũ, à quo apud Hyppocratem in libro de aere, aquis, & locis tantum lapis procreatur. Quocirca quando Magister argumentum adducit ineptum & contortum a maiore ad minus a lacte humano generatur lapis, quod est ita perfectum veluti Polycleti statua. Ergo ab aliis generibus crassioribus magis generabitur. Respondet Poeta.

Resonant arbusta cicadis,

Cum a vitioso tantum apud Hyppocratem & Galenum cæterosve id generis homines lapis creetur, æquiuocatio igitur importuna o Picœntes, hic Typi moderatorem, & primarum literarum stupida ignorantia Magistrum verum cum eo turpissime decepit fefellitque, sed alterum aggrediamur.

Substantia lactis subuiscida calculos generat. Ergo omnia genera lactis, casei scilicet substantia exuberantia indifferenter necessario lapidem generabunt. Respõdeo in hoc negocio; quod a substantia subuiscida excrementicia ad corpus nostrum relata tam apud Hypp. quã Gal. procreetur lapis, a qua, vt supra dictum est vacat omnino lac Asininũ, quum quodlibet non generetur ex quolibet, vt temerè cum Anaxagora nunc sentit uester Magister. qui nimis sibi tribuendo stupida quadam arrogantia audet Arist. accusare; non tenuisse butirum. Et quod peius est & miserius locum adducit lepidissimum, in quo Philosophus luculẽter verba facit, ita enim scibit.

Lacti inest pinguedo, quod oleum concretum propè trahit, sed hæc missa faciamus, cum Talpæ specillis felicissime vtatur, conueniamus ergo illud magis & minus gloriosum, in quo Hyeron. Cordella plurimum sibi tribuebat & se mirabatur, quando mecum loquebatur, dũ Cinguli apud Raymundum Siluestrum clariss. & nobilissimum verba faciebat, Itaque hominem in viam rectã reuocemus. Cum Augenianum ergò suppositum a loco topico deducatur, quod est, Quemadmodum se habet magis ad magis, sic minus ad minus, & æquale ad suum æquale, quæ quidem regula apud Alexan. & cæteros omnes peripateticos verissima est in homogeniis; ex qua re apparebit omne vestri Augenii argumentũ esse falsum mitigatorium & cõfundere omnia Medicorum dogmata, quin esse in fine abominationis. Quare mirum in modum moueor Augenianos Satellites & asseclas,

clas, quos contra me habet non paucos, ita temere allucinatos fuisse. Cum Galeno igitur & cæteris omnibus & naturæ & superioris ætatis viris clarissimis sentiamus, esculenta & potulenta non esse simpliciter speculanda nisi quatenus ad corpus nostrum referantur, & ab effectu boni vel mali succi vocari, & habere latitudinem inter se, donec ad medium referantur, intelligatur iustitię & non ponderis, quod ex naturæ lege deducitur, quæ authore Philosopho peruenit ad vnum, idest ad mediũ, quod oculata fide nos docet Natura lactis experimẽto, a quo infantes recipiunt alimentum absque vlla labe, quod in nonnullis etiam cibis verissimũ esse asserit Auicenna scribens de ouo, tantum nutrit quantum ponderat, & contrà tantum ponderat, quantum nutrit, Supponamus etiam cum iam dictis, nos iisdem constare, quibus nutrimur & omnia esculenta esse natura commixta, partesq. viscidas ex viscidis, siccas ex siccis nutriri, & consequenter dari partes viscidas excrementicias & alimentales, Addo etiam mihi esse concedendum. Quodlibet non generari ex quolibet, neq; agere in quodlibet.

Cum ergò Picœntes doctissimi tàm esculenta quã poculẽta magis aut minus pro portione abundent subuiscida substantia, necessario oĩa esculenta & potulenta generarent æqualiter pro rata illa portione Augeniana lapidẽ & sic. Quodlibet generaret quodlibet, & ageret in quodlibet, nullum igitur daretur esculentum boni succi, Omnesq. necessario essemus valetudinarii & calculosi, quia ab agente naturali approximato patienti necessario sequitur actio, eoque præcipue cum magister iste vester affirmet a calore etiam miti lapides oriri posse, quæ omnia sunt puerilia & absurda, quod inductione patebit. Vina crassa; ad nostrum corpus relata videlicet, quia abũdant materia viscida excrementitiaque in magna quantitate calculosis maximè nocebunt. Media pro rata portione mediocriter. Ergò vina tenuiss. minimè quia relata

lata ad nostrum corpus maximè conferunt, nominatim autem calculosis, sed vt sentit Magister iste vester gignerent etiam calculos, quod est a veritatis scopo alienissimum & penitus erroneum. Idem etiam intelligite de ouis sorbilibus, de pullis, de lactantibus hedis, de cæterisq. boni succi edulibus nō vitiatis, & sic, quodlibet ageret in quolibet. Quamobrem, credite mihi viri Picœntes doctissimi Magistri istius scripta nihil aliud esse quam alicuius viri lectiones descriptas in quapiam academia, aut suamet delyramenta & quisquilias.

Cæterum quid de Achille tuo? in quo mera monstra prædicat? Nouum sanè doctrinæ genus. cum nunquam uel ab ipso mundi primordio fuerit auditum substantiam agere in substantiam, substantiamque, ipsam substantiam in substantiam conuertere, cum nil agat in se ipsum ita enim scribit.

Omne lac cuiuscunque naturæ fuerit propter subuiscidam, quam habet, substantiam arenis & calculum patientibus aduersatur, quoniā substātia subuiscida lactis facile præsentem lapillum auget, arenulas verò in vnum cogens in veri lapidis naturam conuertit, videamus quæso Picœntes quid egregius iste vir per substantiam intelligat materiam, an formā, vt Peripatetici, an compositum vt Architæ placuit, si forma respondebit, illi referatis, esse penitus a Peripateticorum schola excludendus cum forma neque moueat, neq; moueatur; & rationem assignat Auerrois: quoniam motor & motum sunt cōposita ex materia & forma quod ex tertio phisic. cō. quinto poteris facillime colligere, præterea dato quod forma moueret non posset lapidem procreare: persistēdo in forma lactis & medicè loquendo quæ ad corpus nostrum relata calore omnino caret extraneo a quo procreatur lapis. Si materiam, forcillis eiiciendus, cū materiei tantum intersit aliorum formas recipere, non autem tribuere. Si compositū, a tergo ciconia pinsent.

Cū

Cum compoſitum ſit prorſum in actu. Quare Acchilles iſte ſtrenuus fortis & validus Autumno tremula & velifera armatus arundine recipiatur in ficubus ad repellēdas ficoedulas cęteraſque id generis auiculas, quod niſi ſuccedat feliciter, Horatianum illud imitetur.

Qui diploſa ſonat quantum veſaca pepedo diffiſſa nate.

Sed ad rem, Si quæ afferuntur, eſſent, vera generatio eſſet altera ratio. Duo contradictoria inuicem conuenirent, Idem eſſet agens & patiens, & corpora ſe ſe mutuo inuicem penetrarent perforarentq. veluti cribra, vniuerſaq. Philoſophia & Medicorum ſcola periret, & corrueret penitus. Reſtat vt authoritatibus, quas miſellus indefinitas & contingentes eſſe ignorat, eaſq. in neceſſariorum naturam conuertere ſtudet, quod eſt impoſſibile omnino ſatisfaciamus. emittit enim (vt aiunt,) verba pro farina, Nā Auerroes ita inquit. Poſſibilitatis natura non poteſt in neceſſitatis naturam aliquo pacto amplius conuerti cum in neceſſariorum natura nulla ſit poſſibilitas, & rationem adducebat. Poſſibile ex ſe impoſſibile naturaliter poſſe amplius ab alio naturaliter perpetuari, Dicit ergo Paulus. tuetur a calculis, ne fiant, Caſei abſtinentia, lactis, & quæ ex lacte parantur, idem Alexander, idem Thuſcus. Idem Auicenna, & idē Gal. Iuuat calculoſis lactis abſtinentia. Ergo omnis lactis? negatur, eſt enim futilis hypenemia. falſa & erronea cū ex poſſibili non inferatur neceſſarium apud peripateticos. Ad authoritatem. Iuuat calculoſis abſtinentia, propoſitio indefinita eſt & contingens. Quare ex præcedentibus velit nolit Augenius, qui ſibi placet in ſuis ampullis, ſemper contingens inferetur. Audite veritatis rationem, Iuuant ad hominis generationem teſtes, concedo. Ergo omnes teſtes, Aſini igitur teſticulari hominem neceſſariò generabunt, debebas tuo Augeni addere Bergomates, mox manibus pertractare vt veritas eliceretur,

12. Metha. 41.

Nesciebas heus tu de agrorum cultu nō scribi sterilibus terris, qui, quod aiunt, currum Solis cum Phætonte sectaris & appetis, sed Christo nostro auspice in melampygum incidisti. qui toti terrarum, non dicā huic tantum prouinciæ, sed orbi faciet quàm notissimū, ita vt de te Catullianum illud carta loquatur annis, cum in Amœnissimis Peripateticorum pratis virentibus obtusa & hebeti fœnatoria falce demetas ineptissime stultorū ritu.

Infelix lolium, pro molli viola, & purpureo Narciso.

Addo solū nobiliss. illos authores loqui de lacte esculento, a quo abest Asininum, quod tu percurristi vel præteriisti potius, Verum animaduertite obsecro, quanta sit istius viri audacia & qui Dioscoridem, ranarum blaterantium more, studet inuersa pelle decoriare, omne lac nocet spleneticis & epaticis, glossat iste Magister, ne dicam exponit, Ergò pari passu & nephreticis, quia, omne lac obstruit, in quo erroneo glossamate multipliciter peccat, primò fucum facit Dioscoridi in eo quod nunquam somniauit. Secundo supponit falsum. Tertio labitur illepidissimè in Sophismata. Quarto supponit quodlibet agere in quodlibet tamquam canis ad lunam, Ad primum satis superq. dictum, lac Asininum esse natura incoagulabile, & genera lactis serosa exquisita & ab omni labe aliena nō solū abesse a lapidis generatione & omni prorsus obstructione immo, siqua sunt eiusmodi tollit remouet abstergit, Audi Auicennam, lac Camelarum recens fœtarum aperit obstructiones Epatis & lienis, quin illa innouat viscera, & deperdita menstrua reuocat. Itaque eò magis Asininum, cum teste Galeno omnia lactis genera superet, subtilitate & serositate, Cuius gratia pastores artifices caseum, sicuti ex cæteris, non conficiant, Præterea apud acutissimos terminilogos, quos nunquā fuisti odoratus. Quæcunq. ab oratione excluduntur, non includuntur in ea, nisi in prædicamentum ad Aliquid, velut in coloniam transierint, Nam si Dioscori-

des

des id fuisset cogitatione cõplexus, idem etiam, quod tu insulsissimè scilicet, addidisset, cum eadem, quæ tibi sunt, ad scribendum, arma non defuissent, Intelligatur Diosc. de omni genere lactis substātiæ crassioris, quę ad vsum eduliũ parantur. Præterea testatur falsissimũ, quod libet agere in quodlibet, dum arroganter affirmat, Obstruentia lienẽ & epar, obstruere et renes, cũ aquę frigidę, potus renes a calculis obstructos vindicet, & Epaticos & splœneticos magis obstruens in tartara præcipitet, Neque minori dignus est cachinno in Auicennæ glossulis. Inquit Auicennas, & materia materiæ sunt cibi grossi ex generibus lactis & propriæ spissis. Ergò ex lactis generibus omnibus, sed proprie & spissis lapis procreabitur, insulsissima sanè & ridiculosa expositio, in qua peccat dupliciter, primum, sibi persuadet vir iste, & doctus e prudens; ex contingenti iterum conclusionem sequi necessariam, verum si expositio esset vera, Asini necessariò hominem generarent, cum ex seminis maris & fœminæ permixtione homines generentur, at propriè humani, ergò ex omni permixtione seminis generarentur homines. quod etiam bruta facerent, Peccat secundo extorquendo sensum Auicennæ, qui loquitur de Cibariis, quæ materiam calculosis possunt suggerere, quod verba ipsa testantur. Vobis igitur sit liberum iudicare, & materia materię, exponunt interpretes. Quæ facit ad generationem lapidis, sunt cibi grossi scilicet confecti ex lactis generibus propriè spissis, quę fuerunt a Paulo ad verbum scripta, quem fidissimus interpres habuit semper Præceptorem & ducem quæ a te non intellecta in medium adducuntur, videlicet. Iuuat calculosis casei abstinentia, & quæ ex lacte parantur, sed per crassa cibaria intelligebat caseum, præterea aduersatur Auicennę dum vult omne lactis genus apud ipsum generare calculos quare ausculta illum de lacte ex professo verba facientem omne lac grossum generat calculum & co-

licã non ergo o Picẽntes omne lac ſed omne lac groſſum apud Auicennam & omnes claſsicos. Quid de Galeno? lactantibus uerò & materia ipſa, occaſionem præbet, lac enim natura craſſum, eſt ad calculos gignendos aptiſsimum, quam ſententiam ita ſummis ad cœlum laudibus extollit, vt nulla, etiam Herculis claua, videatur infringi poſſe vnus ex ſuis aſſeclis dicere fuit auſus, D. Philippo Bertino Collenſi noſtri ſtudioſiſſimo & amantiſsimo, M. Horatio dice che hà fatto à quel voſtro Medico Fiorentino vno ſtà cheto tu, & mandatola in ſtampa, che lo farà ſtar cheto ſempre, & non ſi leuerà mai più da ſedere. Cæterum iſti temeritati os communiamus, vt poſt hæc Harpocratis illius pharii perſonam induat, de quibus farinæ viris Poeta &c.

Sed ad Galenum redeamus, & in integrũ illius oratio nem tanquam ab orco reuocemus, qui exponens Hyppocratẽ optimi & fidiſsimi interpratis fungitur officio: explicans quæ vera ſunt, & authoris mentem integram conſeruans, qui agens in loco citato de lacte humano, cuius gratia quando eſt vitioſum pueri in veſicæ lapidẽ incurrunt, quẽ locũ exponendo Gal. dicebat lactentibus verò & ipſa materia occaſionem præbet, lac enim natura craſſum eſt, & ad calculos gignendos aptiſsimum. Nunc igitur videndum eſt an lac muliebre inculpatum ſit natura craſſum nec ne? Si craſſum, pollicẽ oſtendemus. ſin minus, Angeronæ ſacris initiabitur, quod erit ipſius rei natura quam facillimum, Galenus ergò ſcribẽs de lacte humano maximè extollit & commendat maternum, quod ſi fuerit forte fortuna vitiatum, tunc nutrices illas iubet repellendas, modum ordinemque docet, quo cum prudens & elegans medicus ex propria rei eſſentia in lactis exquiſiti integram veniat cognitionem. Primò inquit, debere eſſe natura candidum pellucidum, odoratum, guſtu ſuaui & dulci, conſiſtentia medium,

Addunt

Addunt interpretes vt positum in vngue digiti non difluat, & dispergat. Vt quo lactis genere puellum optimè nutriri testatur, & integra frui valetudine, vitiosum autem varios morbos gignere. Notæ verò lactis uitiosi ex eodem Galeno sunt hac, fluens, non splendens & non albicans, decolor, crassum, quibus expositis cum Hyppocr. & Gal. affirmo, lac humanum natura Crassum, esse necessatio vitiosum, & ad calculos procreandos aptissimum quare cũ Gal. hic secundũ Hyp. loquatur in propria materia, i. de lacte humano corrupto a quo tantum in pueris generatur lapis locus ita interpretetur. Lactibus verò & materia ipsa occasionem præbet, lac enim natura crassum, vbi ponatur coma & punctus, cum apud Hyp. & Gal. tale genus lactis qđ est natura crassum necessario sit vitiatũ & corruptũ, persistẽdo in lacte humano subsequamur textum, & est ad procreandos calculos aptissimũ, ex lacte igitur vitioso tàm apud Hyp. quã Gal. in puellis generatur lapis, nõ aũt a puro integro & exquisito, vt putat Auge. alioqui duo contraria generarent idẽ, quod est de genere impossibilium, peccat ergò vir iste, quadrupliciter in sua illa arguta expositione primò Supponit quæ fieri nullo modo possunt. Secundo, ab æquiuoco deluditur. Tertio sibi falsum persuadet credens, ex Polycleti statua, videlicet ex humano lacte, & per cõsequens ex omnibus generibus calculos gigni posse, tanquam ex supposito vniuersali, cõcludens notissime vnũ tantum particulare, quod est, teste Philosopho in fine abominationis, cum a crasso genere lactis, tantum vt omnes classici, & non ab omnibus generentur calculi labitur in fallaciam consequentis exempli graria aio te Eacidam Romanos vincere posse. Reliquum est autem, auctoribus respondere ac satisfacere, quæ illum frustrantur & iugulant, Galenus inquit, lac igitur quod plurimũ seri habet, etiam siquis illo semper vtatur nihil omnino, nocet, quod verò multa abundat crassitie, serositatem

autem

autem exiguam, omnibus, qui multum illo vtuntur est periculosum, renes enim offendit eorum qui ad generandos calculos sunt appositi, glossat Augenius egregius Galenum hic de lacte locutum fuisse, quatenus est sanorũ alimentum, a quibus causa concoquentis roboris, substantia lactis subuiscida tota in nutriti substantiam transit, qua in re tàm perspicua dupliciter peccat. primo, vult calculosos non posse vlla ratione lactis substantiam concoquere ob facultatis imbecillitatem, cuius oppositum ediametro docet Archigenes his verbis. Quare lac Asininum exhibendum duxi calculosis manè eminę mẽsura, quod etiam Gal. affirmat, qui illud ipsum lactis genus vnà cum Phylargio exhibet, actu calculo detentis, citra vllam renum noxam, falsum ergò est, illo substantiam lactis subuiscidam non posse concoquere. Ad hæc negaret sensum, quia hetici & thisici, necessariò sunt in extrema virtutis labe; & a lacte Asinino vindicantur a morte, nec euadunt calculosi. Insuper nonne ego lactis Asinini vsu quamplurimos calculosos curaui? nuperrime Bernardinũ Simonettum, qui trium mensium spatio libras lapidum, xxv. disiectas perfractas & lacte Asinino eductas per vrinam, excreuit quod quia mendacii personam induebat, id, etsi toti Picœno ac plerisque aliis regionibus notissimum sit, publico tamen instrumento testatũ apud omnium animos facere volui quod hic impressum legentium oculis & iudicio subiiciendum duxi. Peccat secundò dum vult lac Asininum esse ex Galeno sanorum alimentum, quod quia fatuum est, parcam pluribus. Ipse verò, ut fato quopiam, poenę gratia, ex animi sententia vteretur, vt similes, quod aiunt, haberẽt labra lactucas, neque pudore corripitur caperata fronte falsò Galenum interpretari, mendacemque sicut ipse est, facere, dum vult illum de lacte, quatenus est alimentum, fuisse simpliciter locutum, cuius oppositum ibi docere vir ille ex diametro profiteatur, &

apposite

appposite docet lacte curari disentericos, globulis, ferri ignitis & cādentibus in eo extinctis, quin vitia pulmonis corrigere, aluum exsiccatum soluere, & medicinæ aptū reddere, ita enim scribit, Atq; etiā si quis Capræ, aut alterius cuiuspiam animalis Scamonium, aut Tirymallum lac sumpserit, omninò illi fluet aluus. Quin docet inflammatas partes butiro cataplasmatibus felicissimè in pus conuertere, sua præterea ductus torrente dicendi copia & prudentia, qua omnia docere, & nihil omnino prætermittere curat si ipsum excusat (quia fortasse à scopo se nimis videbat aberrasse) his verbis.

Ea certe diffusius expliciuimus quam præsens institutum postulet, propositum enim fuerat nobis dumtaxat ea commoda exponere, quæ lacti insunt, vt alimento, quibus cum id commodum, quod nobis præstat in aluo deicienda esset admixtum, fecit rei affinitas, ut in hanc digressionem sermo noster deflexerit. Quare tanti viri, spectare & impudentiam & temeritatem, qui ea Galeno arrogat quod ne quidem, somniasset, Quē locum interpretemur & explicemus ad rectum auctoris sensum, qui cum huc illhuc diu fuisset euagatus in hac re, vt hanc de inde meta aliqua & certa præfiniret epilogum bimembrem constituit, a loco topico prudenter detortum, videlicet, sicuti se habet oppositum de opposito, sic propositum de proposito. Nam congruere admodum videtur. Ad oppositum antecedentis colligi oppositum consequentis, & contrà. Dicit Galenus, lac igitur, collige notam illationis, quod plurimum seri habet, & cum illo etiam metam contrarietatis subsequentis membri, nihil penitus affert periculi, Collige negationis virtutem seperatiuam. quæ tantæ est malignitatis apud Peripateticos, vt quicquid inuenit destruat, & suū oppositum inducat, Attende etiam terminum, siquis & semper quorum alterum collectiue supponit vniuersaliter, Exēpli gratia, siquis Antonius, Ioannes, Ambrosius, 2. Top.

& sic

& sic de similibus illo semper vtatur, idest omnes homines, semper, qui terminus propriè supponit quarto modo qua id quod semper est tale nunquam euadit in aliā naturam nil penitus affert periculi, sequitur suum oppositum ad quod refertur. Quod verò sit multa crassitudine, serositate vero exigua, quæ notę ediametro opponuntur superiori membro, sequitur Galenus declarans contrarietatem ad quam inuicem referuntur, Omnibus qui multum eo vtuntur, est periculosum, renes enim offendit eorum, qui ad generandos calculos sunt appositi, Quare per superiorem regulam topicam, cum contrarium ad alterum relatum apud Peripat. sit tanquam forma. Alterum tanquam priuatio, & lac natura crassum, quod cōtrariatur ex diametro tenuissimo, ad quod refertur, nescio qua nam ratione tàm hoc quam illud aliqua colligere, quod ambo valeant æqua lance generare lapides, quia tūc duo contiaria etiam simul innata coniungi concurrerent & generarent idem, quod est imperceptibile intellectui humano, & quod maximum est ipsi etiam Deo, Arcana igitur admiranda & singularia versa vice & ordine præpostero docet Augenius, Quemadmodum de Clibano apud Poetam nostrum.

Sed quid de Philargio. aliisque absudis? dum vult nobilissimum illum patrem sentire; lacte Asinino remouenda incommoda, & nullum ex antiquis ac Iunioribus illo vsum fuisse. Profectò Archigenes, Philargius, Philomenus, Aetius, Simeon, Atiochenus, Vgo Senen. suæ ætatis Galen. alter, doctiss. ille Hispanus fuerūt fullones, ipse autem nulla suffunditur postea verecundia ore oscitanti affirmare lac Asininum lapidi præstare incrementum & versa vice prohibere nouam generationem, cum illa apud Peripat. ea idem sint quorum compositū eadem est forma & materia, & in homogeniis iis sit principium materię & augumentum, sed nolo vlterius cum einsmodi homine ineptire, qui magis cum ranis

quam cum hominibus in iudiciorum alea versari deberent, Dum insaniendo videtur præseruatiuam partem a curatiua distinguere nempe fine.

De Aquæ dulcis balneo.

DENIQVE importunus esse non desinis afferens falsa Minerua me pro a vellendo e vesica lapillo, tanquam si essent aut rasorius culter, aut forpices Albucasis dentatæ, aquæ dulcis balneum proposuisse, quod valde abhorret a veritate, cum nullus vnquam inter nos fuisset institutus sermo de facienda euulsione, Sed omne nostrum fuisset propositum, vt modus aliquis excogitaretur & via, cuius gratia affectus illi omnino exitiales artis beneficio lenirentur, in quibus Asininum lac & dulcis Aquæ balneum vti cæteris omnibus magis salubria anteponebam, cum vigiliæ doloribus, lapidi tabi tàm præsenti quam iminenti, & cæteris omnibus incommodis commodè reluctarentur, neque de Aquæ relaxatione ac medicamento quicquam nobis esse dubitãdum, cum expauescentes illi affectus ab intercepta fluxione ad articulos, prima iecissent fundamenta. Asserebã etiã, quod si natura suis viribus vsa easdem secuta fuisset vias illius salebrosæ materiæ defluẽtis, quæ per penem maxima iactura effundebatur a qua vlcus, lapis, & dolores illi atrocissimi fouebantur, somnumq́ue & vires depeculabantur, manifestissimum fore leuamen, Gontra quam opinionem duplici vteris armorum genere, Musa scilicet & Sophismate, Musæ faciet satis Poeta, Sophismati Auerroes. Arguis enim hoc pacto.

Crudelis. Medici munus est vbi potest aliquem affectum sanare, velle illius curationem in longius spatium temporis protrahere.

Sanari facilius simplices affectus quam compositi, dũmodo alter alterũ mitiorem non reddat & affirmas

palàm nullam, calculosis podagram, opem posse afferre, idque duabus rationibus primum, propter igneum calorem renum, secundo propter materiam, cum hæc ad articulos, illa verò fluat ad renes.

Cinus autem sentit & uult podrám introducere, & nephreticum affectum sanare, sed cur per renes Materia non figitur ? & sic renes duplicem recipient materiam, & sic duplicabitur affectus.

Duo affectus immedicabiles maiora afferre nocumẽta quam vnum, cum virtus a duobus lacessita magis succumbat.

Experimentum periculosum.

Medici procul dubio, (vt primæ satisfaciam tuę quęstioni) ingenio malo prauoque & cultus diuini timore alieni talia committere non verentur, Quare turpissimẽ petis principium. Nam tuæ partes erant exponere & patefacere lac Asininum & aquæ dulcis balneum nocere doloribus, vigiliæ, tabi, internis vlceribus, ac cæteris incommodis, quod omnes medici docent, nominatim Galenus, a quo isthæc affirmando, recedis. Misellus logicus, qui supponit concessa, quę maximẽ sunt probãda.

Qui vnquam erit ita bardus & mamacutus vt isthæc inficietur, Simplices videlicet quam compositos facilius sanari, dummodo simplices non sint penitus exitiales, & compositi salubres. Ergò vilissime peccat suppositum ad secundum quid, ad simpliciter, optimus sanè dialecticus, & maximus Anatòmicus! Heus a quonã didicisti ? non posse materiam fluere ad articulos, quin primo figatur in Renibus, tanquàm non essent inter se viæ inuicem separatę, cum quædam sint extrinsecæ, quædã intrinsecæ, sed nolo toties eodem recidere, & eadem tua refricare delyria.

Ad ultimum. Concedo suppositum verum, quandò scilicet alter affectus ab altero non recipiat augumentũ & originem, quod nostro Aegrotanti contingit, ideo

baubas

baubas & lycaniam prolam æmularis.

De experimento, vel loqueris empyricè, uel dogmaticè, si empyricè, rectè sanè, sin dogmaticè, nequaquam. quia serra in manu artificis semper commode secabit, Imperiti nullo modo.

De Aqua baccarum Lauri.

DIC mi Augeni, qua nam fuisti lacessitus iniuria ab illo Bulgarutio. qui de aquarum Lauri scripsit vtilitate, aut de Io. Arrigo chyrurgo? quos tuo isto dēte theonino & archilochio laceras? quos tamen debebas potius summis ad cœlum laudibus extollere, quum bene de re medica alter scriptis, alter opere & industria mereatur. Nescis hominis, & imprimis Christiani munus esse in homines arte vti & officio iuxta veterem illam parœmiam. Homo Homini Deus, tu autem, qui natus videris ad satyras & conuicia, triumphas cum alienam dignitatem carpis, mordes & flagellas vt illud vere possit de te prædicari. Homo homini lupus, sed Arrigus docebit te, qui nil commendas nisi tripodas & sybillarum folia, frui aliena insania. Idem etiam dicendum de aquarum ficoncellæ administratione cuius vires fateris ignorare. debebas igitur id silentio præterire, mox ab effectu ferre sententiam. Cum omnes sciant & vulgo prædicent virum illum fuisse eiusmodi aquarum potu ab inferis ad nos restitutum. De vsu Caetris illud tantum in medium Afferam, Cum frater quidam huius artis ac totius chirurgigæ πράξις non mediocriter eruditus ad explorandum calculum accessisset rogatus, adhibitaque omni cura & diligentia negaret contra meam sententiā nihil omnino calculi illic esse in vesica, Aegrotus, vt veram rei cognitionem venaretur, voluit experientia duce per Syringam id tentari, quod tandem esse quàm verissimum cognitum est quotidiana consuetudine. Itaque desine aliquando blaterare misellę.

SI natura comparatum foret; vt scripta & cartæ, quémadmodum homines, suas iniurias testarentur & detegerent, non dubito quin meum illud consilium acephalum tanti sui mali authorem detegeret, sed cum non liceat illotis, quod aiunt, pedibus prætéribo, illud tamé vulgò prædicare nunquam desistam. Baldasinum cõram Præside Septempedano vulgò id fuisse testatum, te scripta, quæ illi reddi debebant, accepisse, eo. s. nomine, vt ad Baldasinum mitteres, quæ tamen paulo post subrepta, ac suis locis deprauata & lacera misisti, quod an tua, an aliorum opera facinus tàm admirabile factũ fuerit. Dii viderint, & homines iudicabunt, cuius rei authoré Deus Opt. Max. pro meritis remuneretur. Quod autem me Diabolo Vetulis Thessalo cæcutientibus cõperes, minus curo, Elephas enim indus negligit culicem. Quid enim cum lente vnguentum?

Calumnia secunda.

ANTICYRAM nauigas, non esse in re quapiam disputanda incipiendo ab essentia rei, vt scribis. Quare Dii te eradicent, qui talia profiteris Naturæ humanæ repugnantia.

Calumnia secunda.

ACCVSAS lapidis diffinitionem duplici ratione. Prima, non esse vniuersalem. Secunda reiicis eam vt inermem vanam & futilem, cum per causam mate-
3. d' ani. 38. rialem & non formalem fuerit assignata. Quòd ad primũ, scientiæ quemadmodum & res diuiduntur, & proprio termino clauduntur. Quare non licet falcem in alienã messem inferre. Cũ ergò generatio lapidis vniuer

ſale munus ſit Philoſophi,non licebat ponere,quod aiũt in cœlum os. Itaque definitur lapis, vt a Medico conſideratur, Cum modus conſiderandi ſit pari paſſu modus etiam definiendi,& lapidis generatio in corpore ſcilicet humano fiat a calore extraneo & non a frigido, ideo ex Medicorum ſchola data eſt lapidis a me diffinitio, cum non liceat tranſgredi de genere in genus. 6.Met. 8. 1.Poſt.

De Secundo, dementas & inſanis, cum Medicis non liceat neque naturalibus tradere diffinitiones per cauſam formalem, ita noſce teipſum, qui prima Philoſophiæ rudimenta penitus ignoras. Audi Philoſophum, Dialecticus definit per formam. Philoſophus per materiam, ideo recte dicebat Auerroes naturalem nequaquã poſſe concipere principia in genere cauſæ formalis, ratio eſt in perſpicuo, quia. Quęcunque recedunt a motu non ſunt amplius phyſicę cõſiderationis,ſed inquies. Non ne Phyſicus conſiderat quatuor genera cauſarum. Cõſiderat,non tantũ ſimpliciter, ſed quatenus materiæ coniunguntur. Præterea te ne fugit diffinitiones non poſſe tradi eorum quæ ſunt aggregata per accidens, in quorum numero eſt ipſe lapis, de quo eſt ſermo inter nos, cui non competit diffinitio, ſed ſermo maioris declarationis, quam nomen. 1.de ani. 16. In pr. 1. phy.

Calumnia terza.

ACCVSAS iterum me a ſcopo deuiaſſe, primum locaſſe lapidem in genere excrementorum. Secundo non eſſe omnino ſemper ex toto genere præter naturam, qui cum tibi putas eſſe loquendum? cum homine an ſtipite. Quare ſcias rem eo modo ſe habere ad eſſe, quo ad cognoſci, ſed quis eſt adeo cæcus, quin videat lapidem eſſe excrementum? Tu autem nullo corriperis pudore fateri lapidem non eſſe ſemper ex toto genere præter naturam. Quare neceſſariò erit vel ſanitas,

tas, vel eius causa, vel effectus, quæ in os clibani non admitterentur. Repuerascis igitur, dum ostentas te multa contra Altomarium scripsisse, sed cornicem illam Aesopicam eris imitatus, quia a Cassiano viro doctissimo eris es mutuatus.

Calumnia quarta.

QVAERIS iterũ antiquo me includere ludo, de lapidis. s. diffinitione, quam particularem & diminutam esse scripsisti, cui iam luculenter admodum in superioribus fuit satisfactum, sed quia crabones excitas & canem dormientem prouocas, tuam contemplemur & accuratè examinemus, quæ nec Medicis nec Philosophis conuenit. Ita inquis lapis est corpus, siste gradum, accedamus ad Peripat. Si, per te, corpus, tuæ diffinitionis loco generis ponitur, nonne erit omninò falsa cum per genus omnibus numeris ambignum deducatur? cum corpus æqualiter prædicetur de naturali mathematico & quod ab Alberto probatur, de diuino. Itaque somnias.

Addo, omnibus esse numeris diminutam, cum non compræhendat lapides frigore concretos.

Sed quid de Medicis? quibus nunquam satisfaciet, quia si lapis, per te, est corpus, necessariò erit substantia. Ergo carebit contrario, sed contrariorum sunt curationes tàm morborum quam causarum, & Symptoma, vt Symptoma est, nulla eget curatione.

Calumnia quinta.

QVEMADMODVM, qui ahenum iam nimio calore feruescens multis vndique genistarũ stipulis congestis aquam effundi student, ac ignem extingui, illi stultè properant & incassum laborant, sic tu oleũ operãq. ludis, dũ tãquã rudis puellus vix dũ Priscia-

na hæresi leuiter imbutus auctoritatibus adeò seduceris, vt natura rei penitus neglecta affirmare nõ erubescas, nullã esse verborũ differentiã inter Alex. & Gal. qui vult lapidẽ in puerorũ folliculo generari caliditatis vehementia. Exponis Galenum intelligere, caliditatem naturalem, qua tunc temporis pueri maximè abundant, vbinam tua prudentia est? qua maximè homines a brutis differũt. Pari rõne Alex. interpretaris, qui vult a calore miti generari in pueris lapides, quæ omnia a re ipsa maximè abhorrẽt, quod a me per propriam rei essentiam probabitur, Audi igitur Galenum & Arist. apud quos calor multifariã consideratur, & primò, vt est quædam qualitas elementalis absoluta; Secundò, vt est coniuncta suo subiecto determinato, quod fieri potest dupliciter, aut humido aut cum sicco, neque tamen ideo specie differunt, quicquid audacter nimis senserint minores, cumque omnis denominatio apud Philosophos fiat ab elemento prędominãte, si qualitas illa ignea cum subiecto humido creabitur, naturalem gignet calorem. Cum sicco verò, extraneum, qui quidem nostræ Naturæ semper aduersabitur humidum radicalem absumendo, & omnia nobis incommoda & aduersa suggerendo, cuius finis est tàm apud Philosophos quam Medicos corruptio, assatio, incineratio, colliquatio inconcoctio, vt agens ille, agere potest in determinato subiecto: Verum si cum humido copulabitur suscitabitur calor benignus, blandus, mitis, suauis, qui appellatur naturalis, & animæ instrumentum, a quo authore Arist. omnia bona deriuant, & cuncta animantia vitam suscipiunt, de quo calore Virg. iouis omnia plena, Virg. & alibi Spiritus intus alit. & Ouidius ex his generantur Ouid. cuncta duobus, quo instrumẽto creator ille rerum max. & omnipotẽs lege naturę omnia infundit, omnia creat, qui in corde actu sedem habet, & nostram naturam fouet, cuius gratia naturalis appellatur. Sed cum per omnes corporis partes diffunditur, meritò influens dicitur,

&

& quando vnam quanque particulam fouet proprius & complantatus. de quo ſcitè & prudenter Ariſt. cum de deconcoctione loquebatur, quam fieri dicebat a naturali & proprio calore, alterum ab altero ita ſeparando. ut proprium, de eo, cuius eſt proprium prædicetur. Cũ ergò finis caloris naturalis ſit, omniaq́, quæ ſecundum naturam ſunt facere, procreare, & augere, humidi ſubiecti gratia in quo eſt & operatur quæ ſua ſunt, eſtque tantæ benignitatis & clementię, vt calori ſtellarum conueniat & aſſimiletur. Contra verò extraneus cum in ſicco ſubiecto agat, omnia diſperdit, corrũpit, vitiat & in nihilũ redigit. Quare neſcio Augeni doctiſſ. atq. iterũ doctiſs. animo luſtare, qũo lapis cuius ſubiectum eſt in extremo ſiccitatis locatum poſſit habere pro agente calorem naturalem, ſed bene ex toto genere præter naturam. Itaque & ineptiſſ. & inſulſiſſimum erit illud tuum ſcholiũ & gloſſema, quin Gal. refragrabitur, qui ſcribens de lapide & eius generatione dixit. Oſtendimus in corporibus ſcilicet humanis, cum non fuerit veterinarius generatur calculos quando materia craſſa viſcida eſt cum ardenti calore copulata quare cum propoſitiò illa ſit indefinita & in materia neceſſaria cũ ſpecialiter de ſpecie humana loquatur Gal. propoſitiò erit ſimpliciter propter regulã æquipolletiarũ neceſſaria & vniueſalis. quod ipſe ſomniando neſcis deſtinguere neque cognoſcere. Mirum igitur in modum cæcutis, quia per Gal. vt interpræraris, tunc duo contraria generarent idem, lapiſque eſſet & naturalis & præter naturã, ſicq. eſſet morbus, uel ſanitas, vel vtrunq., qđ eſt de genere impoſſibiliũ quin negas ſenſum, quia lapis extractus ab humano corpore oculorum teſtimonio & manuum tactu, iudicioq́ue, quo valemus, & a cæteris animantibus ſeparamur pręſertim Aſinis, eſt res omninò aduſta, ratione agentis, ſubiecti & finis, neceſſario ergo gignetur a calore extraneo [illegible] naturali. Præterea maioris fundamenti gra-

ti gratia quæratur ab Augenio, An lapis transfusus in vesicam a renibus, quando est in vesica, num sit ille idem vel diuersus ab eo qui erat in renibus; si diuersus dicet, erit deridendus, cum identitas essentialis sit a forma, & non a loco. Nam Ioannes idem est in platea, qui in thalamo. Ergò augebitur necessario in vesica, vt placet Gal. semper a calore adurenti, cum apud Peripat. idem sit agens necessario in vniuocis, disponens materiam & inducens formam. Quin idem, qui præbet principium generationi, tribuit etiam finem necessariò illi actioni; alioqui duo agentes æque disperati concurrerent ad generationem finalem vnius & eiusdem effectus simpliciter, quod est de genere impossibilium. Insuper hęc opinio erronea contradicit Hyp. Gal. Alex. Peripat. Paulo, Archig. Auicen. Auer. Actuario, const. Aliab. & cæteris id generis viris clariss. etiam Alex. (cuius initens authoritate) qui ponunt a calore adurenti vesicæ generari lapides. Superest authores inuicem componere, qui Medica quadam licentia loquuntur quandoque secundum sensum, & interdum secundum rationem, cuius rei testor Hyp. & Gal. & classicos omnes. Hyp. diuidens febres, a summo genere dicebat alias mites, alias ardentes, nulla tamen febris est mitis, nisi comparatiuè, quia ephemera ad ethicam comparata mitis est & suauis secũdum sensum, non secundum rationem, sicque intelligendus est Alex. Nam calor vesicæ ad calorem renum comparatus, dicitur mitis & suauis, ita etiam sensit Gal. quando dixit, in aquis tepidis lapides gigni; Ideo recte dicebat Auerroes, Calor, qui transmutat aliquam materiam ad suscipiendam aliquam formã, & faciens separare priorẽ formã, de necessitate est calor mitis, sed respectu corporis corrupti & putridi necessariò est extraneus, quare ita calor puerorum comparatiue erit mitis, & suauis, & nequaquam simpliciter.

Sequtur hic vir opinio. Fern.

REVOCAS iterum me in Agonem adducens, nõ dum Gordianum, vel Herculeum arbitratus Cinũ in Nassam deduxisse, ita enim scribis.

Quamobrem non appareat in principio mictus dolor o Cine, necessariò lęsa ceruice, vbi pars sensum habet exquisitum, vrinam affatim in illam agere, vt effluat. Cur igitur statim illa appellente, non fiat tristis sensatio, & dolor: nouũ inuentũ sanè o Cine, quo vniuersa Plat. & Hyppo. schola ruit, sensibile .s. obiectum agere confestim & subitò in organum sensus. & dolorem non fieri; tu si potes, nodum soluito. si dixeris dolorem adesse post mictum, nullum aut exiguum adesse dolorem dico, quia vesica vlcerata nunquam fuit, nisi opera tua id contingerit postea.

Calumnia duo continet, falsitatem, & temeritatem falsitaté satis abunde probauimus tibi ipsi nõ constare; cum contrarium ex diametro attuleris, & Durantes id ipsum optimè testatur, verum non minus tibi vitio id verti debet, quam Cordellę præfecto impręssorum, qui talia typo committi permiserit mẽdacia oculatissima, atque manifestiss. Quod autem temeritate fueris vsus, Plato ipse in arenam veniat, quem, ea cum Hyp. & Gal. dixisse affirmas, quæ ne quidem somniauit. Ita enim scribit. Dolores excitant quæcunque afficiunt, & a suo naturali statu corpora mouent. Platonis igitur verba diligenter examinemus. Quæcumque scilicet obiecta a nostris sensibus recepta, qui naturaliter non possunt non recipere, & sic recipiẽdo afficiunt, a suo statu naturali corpora mouent, sicque dolores excitant, sensus ergò recipiunt sua obiecta, & motus inferunt, Exempli gratia. Quando nos de improuiso videmus nostrum inimicũ ense districto nos aggredientem, tristitia afficimur, vel ex nuncio bono, lętitia; qua ex re sequitur progressio in

